This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

LIBRARY

ANTHOLOGIAE GRAECAE

CUM VERSIONE LATINA HUGONIS GROTII

EDITAE AB

HIERONYMO DE BOSCH

TOMUS SECUNDUS.



ULTRAJECTI

E TYPOGRAPHIA B. WILD & J. ALTHEER,

MDCCXCVII.

PA 3458
A2
1795
v. 2

VIRO OPTIMO

ET

ERUDITISSIMO

CHR. GOTTL. HEYNE

S. D. P.

HIERONYMUS DE BOSCH.

Tomus ſecundus Anthologiae Graecae cum verſione latina HUGONIS GROTII *quum prodeat in lucem, nemo eſt, quicum ea, quae mihi ab eo tempore, quo primus exiit, evenerint bona, communicare malim, quam tecum, Vir doctiſſime & humaniſſime.*

Me in hac editione inſtituenda illud inprimis ſpectaſſe, ut verſio Latina GROTII *accurate & emendate nitidis typorum formulis exprimeretur, non ignoras.*

Quod quidem conſilium cum mihi ſemper propoſitum haberem, tamen in eo, quotidiana lectione & perpetua Graeci carminis cum Latinis verſibus comparatione, ita confirmabar, ut contra bonum publicum peccaſſe viderer, ſi quid hic negligentius agerem.

Virum ſummum, qui hiſtoriae bene ſcribendae nobis normam & exemplum dedit, verae Jurisprudentiae fundamenta po-

poſuit, & ad ſacrae ſcripturae intelligentiam eos rectae interpretationis aperuit fontes, ut quotquot ſint Germani & Angli Theologi inde rivulos ſuos derivarint, optime de litteris, de diſciplinis & artibus fuiſſe meritum, res ipſa indicat.

Magna ſane haec ſunt & praeclara, ejusmodi tamen, ut in hominem cadere poſſe arbitremur, quaeque adhuc illuſtrandi, exornandi atque amplificandi perito artifici ſatis amplam relinquunt materiam.

At de verſione Latina Anthologiae Graecae, qualis illa GROTIANA, *longe alia res eſt.*

Jam inde a primis linguae Latinae incunabulis ſe ad Graecorum imitationem conformarunt ſcriptores Romani, inprimis autem poëtae. ſic Terentius ſuum habebat Menandrum, Virgilius Homerum, Horatius Pindarum, Propertius Callimachum, alii alios, quorum veſtigiis inſiſtere & bene dicendi copiam atque ornatum asſequi vellent.

Haec autem imitatio, quae apud optimos ſcriptores ſemper cum nativa ſimplicitate, propria quadam inventione, & ad tempus & ad rem conformata verborum collocatione erat conjuncta, plane diverſa eſt ab ea rariſſima eademque praeſtantisſima ingenii facultate, qua ex alia in aliam linguam transferuntur poëtarum dicta, expreſſis omnibus ipſorum imaginibus, ſine ulla jactura elegantiae, ſalva cujusque verbi vi & totius orationis ſtructura.

Primum illud imitandi genus aſſecuti ſunt plurimi veteris & recentioris aetatis poëtae Latini. Quod ſi quis ulterius explicatum velit, adeat Urſinum aut Guellium ad Virgilium, vel legat Petri Burmanni ſecundi obſervationes & animadverſiones ad Petri Lotichii ſecundi poëmata, in quibus harum rerum cupidi adoleſcentes ad ſuam ſitim explendam & verae elegantiae guſtum acuendum meliora invenient, quam in centenis philoſophorum de arte poëtica commentariis.

Illam vero alteram Graeca in linguam Latinam transferendi artem, qua nihil de verſuum ordine, numero, compoſitione & toto, ut ita dicam, habitu decedit: ubi verbis tantum immutatis forma in formam facili negotio ita transfunditur & exprimitur, ut plane eadem ſit; at novo quodam cultu

gra-

gratior; nemo, ne Cicero quidem ipſe, tenuit, & niſi GROTII *divinum ingenii lumen nobis apparuiſſet, inter ea, quorum humana mens capax non eſſet, referri oporteret.*

Quod enim ad alias tum veterum tum recentiorum poëtarum verſiones, quarum magnus circumfertur numerus, attinet, quam turpiter hic plures ſe dederint, non attingam; tantum dicam, quod jam antea ſignificavi, illos ſcriptores ea ſibi elegiſſe Epigrammata, quibus latine reddendis ſe pares eſſe putarent, nunquam vero ſuſtinuiſſe, ad quod hic in praefatione GROTII *provocantur Martialis verſu;*

Totos vertere libros.

Sed demus iis, quantum poſſumus. Suas habeant delicias. Nos ſi illos ad ipſorum palatum lectos & praeparatos cibos comparemus cum pleno GROTII *convivio, nulla erit dapis pars, quam non potius ex ſimplicibus iſtius viri elegantis caniſtris quam ex repetitis aliorum ferculis accipere velimus.*

Denique quid ſibi Graeci in his componendis Epigrammatibus propoſitum habuerint, explicent viri docti et artium liberalium magiſtri.

De natura, forma, venuſtate, brevitate, acumine & toto genere Epigrammatum cum doctiſſimo Fr. Vavaſſore diſputent.

Quicunque ea omnia, quae in hac collectione inveniuntur, recte intellexerit Epigrammata, de illorum pretio ſtatuat. Idem ille ſi Latinae poëſeos ſentiat vim & habeat facultatem, quid GROTIUS *in iis latine reddendis praeſtiterit, dijudicet.*

At quam pauci ſint, qui hic aliquid videant aut ſentiant, facile intelligo; primum ex magna illorum penuria, qui & Graecae & Latinae linguae rectam cognitionem habent, deinde ex nonnullorum, etiam doctiſſimorum, virorum ipſius naturae habitu, quo neque feſtivitate neque ſuavitate dictionis poëticae ita afficiuntur, ut ſe quaſi aeſtu quodam ingenii abripi patiantur; poſtremo ex temporum noſtrorum ratione, quibus plurimorum animos ſtatus reipublicae occupavit, & nemo fere eſt, qui non, quale iſtius aedificium futurum ſit, ſolum

 at-

attente conſideret & avide exſpectet, vix uno alterove invento, quibus haec diligenter examinandi & bene perpendendi otium ſuppeditet neque doctrina nec ſtudium deſint.

Nobis, qui propter illud, quo fungimur, munus a rerum publicarum contemplatione & quadam adminiſtratione alieni eſſe non debemus, non nunquam tamen contigit honeſto otio frui, quo ab earum rerum cogitatione, quas neque videre cupiebamus, neque quibus nos intereſſe decebat, avocaremur.

Omne illud tempus conſumſimus in Grotii *ingenii fertilitate & elegantia, quibus ipſis Graecis auctoribus, quorum verſus latine reddidit, ſemper par eſt, ſaepius antecellit, cognoſcenda atque admiranda.*

Hic non ſine ſumma animi voluptate vidimus, illuſtrem interpretem, quoties ille a Graecis, ſive propter depravatae lectionis difficultatem, ſive propter ſenſus obſcuritatem, paululum deflectere coactus eſſet, toties novum ornatum & lumen Epigrammati affudiſſe.

Quod ut hic exemplis demonſtretur, neceſſe non eſt. Satis ampla de hac re diſputandi dabitur materia in adnotationibus, quas & ad varietatem lectionis indicandam, veram conſtituendam, & verborum obſcuritatem tollendam jam magna ex parte deſcriptas ad editionem Wechelianam habemus, & ſuo tempore eruditi lectoris judicio ſubjiciemus.

Nihil enim, quod ad Grotii *virtutes intelligendas conducere poſſit, hic praetermittendum puto. qua in re hoc habeo quod obſervem.*

Si qua mentis ſolertia, ingenii ubertas, animi moderatio & ſumma eruditionis copia in ullo unquam mortali, certe, conſentientibus omnibus, in Erasmo fuerunt. At haec omnia in Grotio *erant tanta, ut in homine majora vix animo concipere poſſimus. Quippe cujus litterarum ſtudia etiam eximia poëſeos facultate & ſingulari gratia ornabantur.*

Natus ad omne illud, quod ſemel ſuſcepiſſet, recte agendum, neque rerum domeſticarum cura, neque ſummis reipublicae negotiis, quibus interfuit, & quorum viciſſitudines & calamita-

ta-

tates & vidit & pertulit, ſe unquam impediri paſſus eſt, quo minus, quidquid ſibi ab injunctis laboribus ſupereſſet temporis, omne illud iſtis ingenui ſtudii oblectamentis ſemper impenderet, quae, ut ipſe ait, ab utilitate publica non nimium abſcederent. Quod quidem ei tam bene ſucceſſit, ut idem in ſummis viris numeraretur, ſi nobis nihil aliud, niſi haec docti otii & poëſeos oblectamenta reliquiſſet.

Vides, vides, optime HEYNI, *me Latinis verſionibus* GROTII *delectari & iis tantum tribuere, quantum aliis graviſſimis in re litteraria ſummae doctrinae monumentis.*

Quare ne dubites, me omnem operam dediſſe, ut hi ultimi & ſuaviſſimi ingenii GROTIANI *flores, quos, quoad vixit, ordine ſuo diſpoſitos, aeternis coloribus exhilaratos, & peritisſimo cuique obvios cernere optabat vir praeſtantiſſimus, illibati & ſplendidi poſteris traderentur*

Verum enim vero unus tantum erat liber, ex quo illud praeſtare poſſem. Hic liber, ut ſcis, exaratus eſt manu Petri Burmanni ſecundi, e Codice, a D'Orvillii haeredibus ipſi ad deſcribendum ex Anglia miſſo.

Nemo Petrum Burmannum, qui aures tritas habebat notandis poëtarum latinorum dictis, in eaque re bene intelligenda vitam ſuam poſuerat, non peritiſſimum hic agnoſcet ad rem praeclare agendam.

Sed, quemadmodum fieri ſolet, qui crepundiis ſuis delectantur, ea quam maxime expolita & ab omnibus mendis libera poſſidere cupiunt. Si quae igitur habeant elaborata ſculpturae aut picturae opera, ex ebore facta ſigna, aut perfectum aliquod coelati metalli argumentum, quotidie ea adſpiciunt & diligenter conſiderant, utque in earum rerum pulchritudine & nitore ſe oblectant, ſic naevo aliquo inveniendo, aut detegenda macula continuo offenduntur.

Neque aliud quidquam profecto mihi evenit, qui, quum omne vacuum, quod mihi a negotiis datur, tempus tranſigo in GROTIANA *verſione legenda & in iſtius elegantiam bene percipiendam omni cogitatione curaque incumbo, unumquodque verbum Latinum ad Graecam ſcripturam diligenter exigens, in*

loca incidi, de quibus, an ea Burmannus quidem recte deſcripſiſſet, dubitare coepi.

Et hoc ſatis erat, ad meum incendendum animum, ut eum codicem, quo Burmannus uſus eſſet, inveſtigarem.

Memineram doctiſſimi d'Orvillii filium ante triginta & quod excurrit annos, poſtquam patris ſui ſplendidiſſimam bibliothecam hac in urbe publice vendidiſſet, cum omni manuſcriptorum copia, quorum magnus erat numerus, & inter ea ipſius codicis Palatini exemplum D'Orvillii manu, Romae cum eſſet, accurate deſcriptum, in Britanniam abiiſſe. Quid ei deinde factum eſſet, omnino ignorabam.

Cognoveram vero ipſius cognatum Janum Fredericum D'Orvillium, hujus urbis quondam judicem & ſenatorem. Hunc virum conveni & ab eo petii, ut mihi indicaret, quo pacto mihi aditum aperirem ad Jacobi Philippi D'Orvillii, Profeſſoris olim Amſtelaedamenſis, haeredes. At bonus ille vir mihi reſpondit, ſe jam a longo tempore nihil quidquam de ea familia audiviſſe, & plane neſcire, ubi lateret.

Male me habebat tantae ſpei fruſtratio. Neque ita tamen, quod mihi propoſueram, conſilium abjiciendum putavi. Scripſi igitur ad D'Orvillium, ut, Londini eſſet, an alibi, certior fierem. In illa epiſtola virum, mihi omnino incognitum, humaniſſimis verbis rogavi, ut verſionem Grotianam *Anthologiae Graecae, quam ante aliquot annos Petro Burmanno deſcribendam dederat, ad me mitteret, & ſi quid aliud in patris ſchedis eſſet ad meum inſtitutum opus perficiendum ne mihi negaret.*

Hac ſcripta epiſtola, adii Fratres Muilmannos, Mercatores nobiliſſimos, qui magna & ampla negotia habent in Anglia. Illos omnem rem, quomodo ſe haberet, diligenter admodum edocui & pro ea, quae nobiſcum intercedit, amicitia, ab iis flagitare coepi, ut quod agerem procuratoribus ſuis Londini de meliore nota commendarent. Lubentiſſime totum illud negotium ſuſceperunt viri honeſtiſſimi, eo quidem ſucceſſu, ut intra paucorum menſium ſpatium Codicem iſtum, de quo tanto opere laboraveram, domum meam perlatum gauderem,

ad-

addita D'Orvillii nepotis epiſtola, benevolentiae & officii plena, e qua magnam habeo ſpem, fore ut omnem eum doctrinae & elegantium animadverſionum theſaurum, quem ipſius avus ad novam Anthologiae Graecae editionem adornandam comparaverit, mihi in meos uſus concedat; quod ſi fiat, eo ita utemur, ut Graecae linguae ſtudioſi & artis Criticae periti omne illud, quidquid ſit, a nobis intactum atque inviolatum accepturi ſint.

Quod autem ad ipſum Codicem Latinae verſionis attinet, talis omnino eſt, qualem eum deſcripſit Petrus Burmannus ſecundus in principio apographi ſui, his verbis. Erat hic codex apographus, *diverſa manu pro numero cujusque libri deſcriptus, ſed in margine paſſim ab ipſo* GROTIO *emendatus. Cui quidem deſcriptioni nihil habeo quod addam, niſi quod viderim etiam tota epigrammata, quae fuerant omiſſa, ipſius* GROTII *manu ceteris fuiſſe adjecta.*

Hoc modo itaque illud conſecuti ſumus, ut hanc verſionem Latinam, quam quanti nos faciamus, jam diu intelligis, vir ornatiſſime, ita correctam & integram, quaſi ex GROTII *ore veniſſet, non tantum noſtrae aetatis hominibus, verum etiam ipſi poſteritati commendare poſſimus. quod ſine dicto apographo nobis non licuiſſet, ut ex varietate lectionis & in tomo primo faciendis emendationibus lectori apparebit.*

Facere tamen interea non poſſumus, quin ſaepius indignemur, quod, dum nos, ut quisque facile perſpicit, neque laboribus, neque ſat magnis impendiis quotidie parcamus, ut hoc opus nitidiſſime & accuratiſſime in lucem veniat, exoriatur moleſtum quoddam hominum genus, qui ſe litteratores haberi volunt, nec ſunt.

Hi, relictis GROTIANI *ingenii monumentis, mihi, quoties ego illos video, toties obganniunt. quid fiet de ineditis Epigrammatibus? quorum fama ad ipſos perlata eſt, quamque ex opinione augent, rumore quodam exagitati, cum ne centeſimam quidem Anthologiae Graecae, a Brodaeo editae, partem recte perlegerint.*

Tametſi mallem unum transtuliſſe, more GROTII, *Graecum Epigramma, quam omnium illorum importunorum interpelato-*

latorum habere doctrinam, tamen hoc hominum genus frugi eſſe poſſet, ſi mitteretur Romam, ad accurate deſcribendum totum codicem Palatinum. Sic ſane haberent, quod admirarentur, & quo aliis magnam utilitatem afferre poſſent. Nam nunc tam inique comparatum eſt, quam olim, Terentii temporibus;

Ii qui minus habent,
Ut ſemper aliquid addant divitioribus.

Meae fortunae cives facile in publicum commodum conferunt, quidquid habent eruditae ſupellectilis; cum Duces & Principes ſuis incubare theſauris, quam eos cum aliis communicare malint.

Qua in re ſi erro, hunc errorem mihi potiſſimum eripi vellem ab eo Principe, in cujus nuper admodum migravit aulam apographum, a laborioſiſſimo Spaletto ex codice Palatino non deſcriptum, ſed depictum. Quam primum illud exemplar formulis typographicis expreſſum & omnibus venale fuerit propoſitum, non tantum me hic erraſſe fatebor, verum etiam, communi humaniorum litterarum cauſſa, omnes iſti Principi, quas debeo, agam & habebo gratias.

Cetera omnes illos, qui haerent in videndis ineditis epigrammatibus, cum ne edita quidem ſatis habeant cognita, non ſine conſolatione quadam dimittam, quoniam id tam vehementer exoptant.

Unum & item alterum ineditorum Epigrammatum eſt apud me optimae notae apographum, quorum notitiam, cum id locus & tempus poſtulant, accuratiſſimam dabo. illorum numerus tempore augetur, cum his ipſis diebus, quibus has litteras exaravi, ad me pervenerit epiſtola, e loco, quem nunquam adii, a viro, quem non cognovi, nec de quo quidquam antea audivi. hac epiſtola mihi offertur Codex, qui plura quam ſeptingenta inedita continet epigrammata, cum obſervationibus Franciſci Guyeti, qui quanto ſtudio elaboraverit in emendandis & illuſtrandis epigrammatibus Graecis, nemini, qui harum rerum aliquam cognitionem habet, ignotum eſt.

Codicem illum nondum accepi, quotidie vero exſpecto, quam-

quamprimum pervenerit ad me, de illo ſtatuam. Interea non nimis magnifice de eo ſentiendum puto; Guyeti apographum multorum eruditorum manibus fuiſſe tractatum, recte animadvertit Brunckius, & iſtius minus integri plures circumferri deſcriptiones, me uſus docuit.

Inter alia apud me etiam exemplar eſt Anthologiae ineditae cum multis Guyeti animadverſionibus & ipſius manu, ni fallor, deſcriptum; quod olim fuit Johannis Cornelii de Pauw, qui illud ſuis adnotationibus & obſervationibus adeo referſit & opplevit, ut in longis & ſat largis foliis vix locus appareat, quo manum imponas. debeo id benevolentiae veteris mei amici Gysberti Stapert, Juriſconſulti hac in urbe docti & integri, ſed in ipſo temporis articulo, quo haec ſcribo, immatura morte exſtincti.

Me itaque non inparatum venire intelligis ad ea, quae ita dicuntur, inedita epigrammata emendanda & locupletanda; ſed, quae tua eſt in his rebus ingenii ſolertia, vel me non monente etiam perſpicis, quam magna horum ineditorum copia, a Leichio, Reiskio, Brunckio & aliis viris doctis paſſim ubique editorum, & nomen ſuum & omnem novitatis commendationem amiſerit, adeo ut pauca admodum reſtent, quae hic locum ſuum tueri poſſint, quod ego non conjectura quadam temere impulſus, ſed ipſa rerum experientia doctus, ſatis ſuperque didici.

Quid autem de iſtis ineditis futurum ſit, ne me interroges, vir amiciſſime. Primum omnia iſta, ut dixi, ſive edita, ſive nondum edita, abſolvam epigrammata, quae HUGO GROTIUS *latine reddidit, in iisque evulgandis illam lectionem ſervare conabor, quam virum ſummum probaſſe cognovi. Omnium enim iſtorum virorum, qui ſuis indulgent opinionibus & nobis ſua, non auctoris, verba offerunt, nec rationes accipio, nec probo. Brunckius, quem egregius litterarum amor & non vulgaris linguae Graecae peritia commendant, ſaepius mihi ſcriptoribus lectiones obtruſiſſe videtur, quae unde fluxerint & quo modo ſe tueantur, indicare neglexit.*

Quare miror Jacobſium tam accurate & religioſe Brunckium fuiſſe ſecutum, qui doctiſſimus vir, ſi editionem Aldinam,

tionum, a Grutero editarum, leguntur opere, praeterea alia ſparſim reperta.

Trecena ſunt & quinquaginta ſex, quae omnia GROTIUS, *ſeptem libros Anthologiae Graecae Latinis verſibus reddidiſſe non contentus, etiam ſuo foecundiſſimo ingenio in Latinam linguam transtulit.*

Sat larga itaque erit inventa materia, in qua ſe exerceant atque oblectent non tam novarum rerum cupidi quam verae doctrinae ſtudioſi, dum plurima venuſtae antiquitatis monumenta a diligentiſſimo atque elegantiſſimo GROTIO *Romanis litteris & numeris legunt expreſſa.*

In quarto denique volumine, ut jam antea monuimus, invenientur Brodaei, Opſopoei, Stephani, Huetii, D'Orvillii, Reiskii, Eldikii, Schneideri, Toupii, Ruhnkenii, Wyttenbachii, Jacobſii & aliorum doctiſſimorum virorum emendationes & ad Anthologiam Graecam animadverſiones, quibus addentur Salmaſii notae ineditae ad editionem Aldinam, quae etiam Codicis Palatini lectiones continebunt. Neque a nobis omittentur, quorum jam magnam partem confecimus, cujusvis generis indices locupletiſſimi.

Hujusmodi ſunt quas certe ſequar rationes, quibus tamen & aliae novae accedere poſſunt; de his lectorem ſuo tempore monebo.

Tu vir eruditiſſime atque humaniſſime, accipe a me hanc epiſtolam longiorem, quam initio putaram, neque ſat ipſius formae convenientem. Accipe typographicis litteris impreſſam, quam nunquam ſcriptam vidiſti.

Sed ea erat mea de tuo candore, comitate, & facilitate conſtans opinio, ut meum qualecunque hac in re conſilium a te probatum iri arbitrarer. Quid enim tibi gratius accidere poteſt, quam hoc tempore, quo major, quam unquam alias, belli calamitas Europam afflixit, e placido Muſarum contubernio exeuntem videre librum, qui, ut tibi divini GROTII *virtutes in memoriam revocat, ſic perpetuum meae erga te benevolentiae maneat monumentum?*

Vale. Dabam Amſtelaedami die XXIII. *Menſis Martii* MDCCXCVII.

'AN-

Ἀ Ν Θ Ο Λ Ο Γ Ί Α
Δ Ι Α Φ Ό Ρ Ω Ν
ἘΠΙΓΡΑΜΜΆΤΩΝ,

F L O R I L E G I U M
V A R I O R U M
EPIGRAMMATUM,

L A T I N I S V E R S I B U S
R E D D I T U M

A B

HUGONE GROTIO.

ἘΝ ΤΩ͂Ι ΤΡΙ'ΤΩΙ ΤΜΗ'ΜΑΤΙ ΤΗ͂Σ	IN TERTIO LIBRO
ἈΝΘΟΛΟΓΙ'ΑΣ	ANTHOLOGIAE
ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ'ΤΩΝ ΠΕΡΙΕ'ΧΕΤΑΙ	EPIGRAMMATUM CONTINENTUR
ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ ΤΑ'ΔΕ.	HI TITULI.

Κεφ. α.	Εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας.	Titulus I.	De claris Viris.
β.	Εἰς ἀγωνιστάς.	II.	De Certatoribus.
γ.	Εἰς ἀδελφούς.	III.	De Fratribus.
δ.	Εἰς ἁλιέας.	IV.	De Piscatoribus.
ε.	Εἰς ἀνδρείους.	V.	De Fortibus.
ϛ.	Εἰς ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους.	VI.	De Hominibus minus claris.
ζ.	Εἰς ἀρχαίους τινάς.	VII.	De Antiquis quibusdam.
η.	Εἰς αὐλητάς.	VIII.	De Tibicinibus.
θ.	Εἰς βρέφη.	IX.	De Infantibus.
ι.	Εἰς γέροντας.	X.	De Senibus.
ια.	Εἰς γεωργούς.	XI.	De Agricolis.
ιβ.	Εἰς γυναῖκας.	XII.	De Mulieribus.
ιγ.	Εἰς δούλους.	XIII.	De Servis.
ιδ.	Εἰς ἥρωας.	XIV.	De Heroibus.
ιε.	Εἰς ἰατρούς.	XV.	De Medicis.
ιϛ.	Εἰς ἰξευτάς.	XVI.	De Aucupibus.
ιζ.	Εἰς ἰχθύας.	XVII.	De Piscibus.
ιη.	Εἰς κιθαρῳδούς.	XVIII.	De Fidicinibus.
ιθ.	Εἰς κυνηγούς.	XIX.	De Venatoribus.
κ.	Εἰς μεθύσους.	XX.	De Temulentis.
κα.	Εἰς μοιχούς.	XXI.	De Adulteris.

Κεφ. χβ.	Εἰς ναυαγήσαντας.	Titulus XXII.	De Naufragis.
χγ.	Εἰς νέους καὶ νέας.	XXIII.	De Juvenibus, viris, & puellis.
χδ.	Εἰς ὄρνις.	XXIV.	De Avibus, & aliis nonnullis animantibus.
χε.	Εἰς ποιητάς.	XXV.	De Poëtis.
χϛ.	Εἰς ποιμένας.	XXVI.	De Paſtoribus.
χζ.	Εἰς πόλεις.	XXVII.	De Civitatibus.
χη.	Εἰς πτωχούς.	XXVIII.	De Pauperibus.
χθ.	Εἰς πονηρούς.	XXIX.	De Improbis.
λ.	Εἰς ῥήτορας.	XXX.	De Oratoribus.
λα.	Εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας.	XXXI.	De Filiis & filiabus.
λβ	Εἰς φιλοσόφους.	XXXII.	De Philoſophis.

ἈΝΘΟΛΟΓΊΑΣ ΔΙΑΦΌΡΩΝ ἘΠΙΓΡΑΜΜΆΤΩΝ

ΤῸ ΤΡΙ'ΤΟΝ ΒΙΒΛΙ'ΟΝ.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ, Α.

ΕἸΣ ἈΓΑΘΟῪΣ ἌΝΔΡΑΣ.

ΣΙΜΜΊΟΥ.

Εἰς Πλάτωνα.

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ
  Ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης.
Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
  Οὗτος ἔχει πουλὺν, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.

ΝΙΚΆΡΧΟΥ.

Δουλχίτιον μὲν ἄνακτες ἄκρον βιότοιο πρὸς ὄλβον
  Ἤγαγον ἐξ ἀρετῆς καὶ κλέος ἀιθυπάτων·
Ὡς δὲ φύσις μιν ἔλυσεν ἀπὸ χθονὸς, ἀθάνατοι μὲν
  Αὐτὸν ἔχουσι θεοὶ, σῶμα δὲ σηκὸς ὅδε.

ΙΟΥ-

FLORILEGII GRAECI
VARIORUM
EPIGRAMMATUM
LIBER TERTIUS,

Qui habet Sepulchralia.

TITULUS PRIMUS.

De claris Viris.

I. Simmiae.

de Platone.

Juſtitia ſuperans & caſtis moribus omnes,
 Dius Ariſtoclees hac tumulatur humo.
Quotquot praecipua ſapientia laude celebrat,
 Omnibus his major, major & invidia.

II. Nicarchi.

Dulcitium ex virtute ſua proconſulis ad jus,
 Et ſummas regum gratia vexit opes :
Quem poſtquam terris natura exſolverat, ipſum
 Di ſuperi, ſedes haec ſacra corpus habet.

Τέκνων τέκνα λέλοιπα· μιῆς ἀπέλαυσα γυναικὸς
Συγγήρου· τρισσοῖς παισὶν ἔδωκα γάμους,
Ἐξ ὧν πολλάκι παῖδας ἐμοῖς ἐνεκοίμισα κόλποις,
Οὐδενὸς οἰμώξας οὐ νόσον, οὐ θάνατον.
Οἵ με κατασπείσαντες ἀπήμονα, τὸν γλυκὺν ὕπνον
Κοιμᾶσθαι χώρην πέμψαν ἐπ' εὐσεβέων.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν, ὡς ἀθάνατός τι λογίζου.
Οὐδὲν γὰρ βιότου πιστὸν ἐφημερίοις.
Εἰ καὶ τόνδε Κάσανδρον ἔχει σορὸς ἤδε θανόντα,
Ἄνθρωπον φύσεως ἄξιον ἀθανάτου.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε σέθεν φθιμένοιο, Κάσανδρε;
Τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης;
Ἀλλά σε νηλειὴς καὶ βάσκανος ὤλεσε δαίμων,
Ἡλικίην ὀλίγην εἰκοσιὲξ ἐτέων.
Ὃς χήρην ἄλοχον θῆκεν, μογεροὺς τε τοκῆας
Γηραλέους, στυγερῷ πένθεϊ τειρομένους.

ΘΆΛΛΟΥ.

Δισσὰ φάη, Μίλητε, τεῆς βλαστήματα γαίης,
Ἰταλὶς ὠκυμόρους ἀμφεκάλυψε κόνις·
Πένθεα δὲ στεφάνων ἠλλάξαο· λείψανα δ', αἲ, αἲ,
Ἔδρακες ἐν βαιῇ κάλπιδι κευθόμενα.
Φεῦ, πάτρα τριτάλαινα· πόθεν πάλιν ἢ πότε τοίους
Ἀστέρας αὐχήσεις Ἑλλάδι λαμπομένους;

Factus avus ſenui mutata conjuge nunquam;
Terna tori ſoboles foedere juncta mea eſt;
Unde ſinu dulces geſtavi ſaepe nepotes,
Nullius ex illis morte malove dolens.
Hi factis me rite ſacris miſere beatas
Ad ſedes, habitat quas ſine fine ſopor.

VII. Incerti.

Mortalis noli ſatus immortalia mente
Volvere, nil certum ducere vita ſinit:
Mortuus hac quando tegitur tellure Caſander,
Ille Deûm vitam vivere dignus homo.

VIII. *De Eodem.*

Quis lapis eſt potuit qui te non flere, Caſander?
Quae rupes formam non meminere tuam?
Cum ſex adjiceres ad bina decennia menſes,
Injecere manus invida fata tibi:
Uxoremque ſimul viduam, miſeroſque parentes
Fecerunt, ſenii queis grave moeror onus.

IX. Thalli.

Fulgentes, Milete, tuae telluris alumnos
Ante diem binos Itala condit humus.
Sertorum ſperatus honor ſit luctus, & eheu!
Hoc ab utroque, capit quod brevis urna, tuum eſt.
Ah patria infelix quando jactabis, & unde
Talia te Grajis gentibus aſtra dare?

ΚΑΛΛΙΜΑ´ΧΟΥ.

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται· θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

ΜΕΛΕΑ´ΓΡΟΥ.

Παμμῆτορ γῆ χαῖρε· σὺ τὸν πάρος οὐ βαρὺν εἰς σὲ
Αὐσιγένην, καὐτὴ νῦν ἐπέχοις ἀβαρής.

ἩΓΗΣΙ´ΠΠΟΥ.

Τὴν ἐπὶ πυρκαϊῆς ἐνδέξια φασὶ κέλευθον
Ἑρμῆν τοὺς ἀγαθοὺς ἐς Ῥαδάμανθον ἄγειν.
Ἧ, καὶ Ἀριστόνοος, Χαιρεστράτου οὐκ ἀδάκρυτος
Παῖς, ἡγησίλεω δῶμ' ἄϊδος κατέβη.

ἈΓΑΘΙ´ΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Ἐπὶ Θεοδότῳ τῷ γαμβρῷ, ἐπ' ἐχθρᾷ
τετελευτηκότι τῆς ἰδίας γαμετῆς.

Ναὶ μὰ τὸν ἐν γαίῃ πύματον δρόμον, οὔτέ μ' ἄκοιτις
Ἔστυγεν, οὔτ' αὐτὸς Θεύδοτος Εὐγενίης
Ἐχθρὸς ἑκὼν γενόμην. ἀλλὰ Φθόνος ἤ τις ἄτη
Ἡμέας ἐς τόσσην ἤγαγεν ἀμπλακίην.
Νῦν δ' ἐπὶ Μινώην καθαρὴν κρηπῖδα μολόντες,
Ἀμφότεροι λευκὴν ψῆφον ἐδεξάμεθα.

ΠΑ´ΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙ´ΟΥ.

Πρηΰς, ἐλευθερίην ἐπιειμένος, ἡδὺς ἰδέσθαι,
Ἐν βιότῳ προλιπὼν υἱέα γηροκόμον,

Τύμ-

X. Callimachi.

Hic ſacro fruitur ſomno Sao, civis Acanthi,
Patre Dicone; bonos parce putare mori.

XI. Meleagri.

Salve progenitrix cunctorum terra, gravisque
Auſigeni ne ſis; non fuit ille tibi.

XII. Hegesippi.

Si quis Sanctus obit, hunc dicitur ad Rhadamanthum
Mercurius dextra ducere parte rogi.
Hac & Ariſtonous tuus, o Chaereſtrate, natus
Ad manes, fletum ſed tibi cepit iter.

XIII. Agathiae Oratoris,

de Theodoto genero in diſſidio
cum uxore mortuo.

Juro per vitae ſpatia ultima, non mihi conjunx
Hoſtis erat, nec ego Theudotus Eugeniae.
Hoſtis ſponte mea, ſed tantis neſcio quis nos
Faſcinus implicuit vel fera fata malis.
Nunc (incorrupte ſic judicat omnia Minos)
Calculus eſt nobis albus utrique datus.

XIV. Pauli Silentiarii.

Liber & ingenio facilis, ſuaviſque videri,
Cui ſupereſt natus qui ſenis altor erat;

Spe

Τύμβον ἔχει Θεόδωρος ἐπ' ἐλπίδι κρείσσονι μοίρης,
Ὄλβιος ἐν καμάτοις, ὄλβιος ἐν θανάτῳ.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἐσθλὸς Ἀριστοκράτης ὅτ' ἀπέπλεεν εἰς Ἀχέροντα,
Εἶπ' ὀλιγοχρονίης ἀψάμενος κεφαλῆς.
Παίδων τις μνήσαιτο, καὶ ἐδνώσαιτο γυναῖκα,
Εἴ καί μιν δάκνει δυσβίοτος πενίη.
Ζωὴν στυλώσαιτο· κακὸν δ' ἄστυλος ἰδέσθαι
Οἶκος· ὁ δ' αὖ λωστός τ' ἀνέρος ἐσχαρεών,
Εὐκίων φαίνοιτο, καὶ ἐν πολυκαέι ὄγκῳ
Ἐνστῇ, αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.
Ἠδει Ἀριστοκράτης τὸ κρήγυον. ἀλλὰ γυναικῶν
Ἀνθρωπ' ἤχθαιρεν τὴν ἀλιτοφροσύνην.

ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ,

Πατριάρχου Ἱεροσολύμων.

Εἰς τὸν τάφον Ἰωάννου, Πάππα Ἀλεξανδρείας.

Τύμβε, τίς, ἢ πόθεν ἦν, ἔτι παῖς τίνος; ἔργα καὶ ὄλβον,
Νεκρὸς, ὃν ἔνδον ἔχεις, ἔννεπε, κευθόμενον.
Οὗτος, Ἰωάννης, Κύπριος γένος, υἱὸς ἐτύχθη
Εὐγενέος Στεφάνου· ἦν δὲ νομεὺς Φαρίης.
Κτήματα μὲν πολύολβος ὅλων πλέον ὧν τρέφε Κύπρος,
Ἐκ πατέρος πατέρων, ἐξ ὁσίων τε πόνων.
Ἔργα δὲ θέσκελα πάντα λέγειν ἅπερ ἐν χθονὶ τεῦξεν,
Οὐδ' ἐμοῦ ἐστι νόου, οὐδ' ἑτέρων στομάτων.
Πάντα γὰρ ἄνδρα παρῆλθε φαεινοτάταις ἀρετῇσι,
Δόξαντα κρατέειν ταῖς ἀρεταῖς ἑτέρων.

Τοῦ,

Spe fati melioris habes, Theodore, ſepulchrum,
  Felix in vita paupere, morte quoque.

XV. Leonidae, Tarentini.

Dicitur haec tangens aegrum caput eſſe locutus,
  Cum bonus ad manes iret Ariſtocrates.
Quisquis es, uxorem pretio tibi quaere, genusque
  Proſere, ſit quamvis res tibi parva domi.
Fulciri ſe vita cupit: domus absque columnis
  Non bona, ſin adſit copia dives opum,
Haec pilis ornanda venit, debetque ſuperba
  De ſtrue fax totos irradiare lares.
Norat Ariſtocrates quid fasque bonumque: ſed illi
  Fecerat uxorum mens ſcelerata metum.

XVI. Sophronii,

Patriarchae Hieroſolymorum,

In monumentum Johannis, Papae Alexandrini.

Dic mihi, quis, cujas, quo proſatus ille, quid egit,
  Quidve habuit, clauſum quem tegis hic, tumule?
Ortus Jöannes Cypro, patre nobile germen
  De Stephano, Pharia paſtor in urbe fuit.
Divitiis omnes Cypri cui vincere cives
  A proavis veniens res bene parta dabat.
Illius in terris coeleſtia facta referre
  Nec mea mens, nec vox ulla diſerta valet.
Nam longe anteiit claris virtutibus omnes,
  Virtutum ſummus quos celebrabat honos.

Τοῦ, καὶ κάλλεα πάντα, τάπερ πόλις ἔλλαχεν αὕτη,
  Εἰσὶ Φιλοφροσύνης κόσμος ἀρειότατος.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀρχὸς Ἰωάννης Φαρίης ἀρετῶν ἱερείων,
Ἐνθάδε νῦν μετὰ τέρμα Φίλῃ παρὰ πατρίδι κεῖται.
Θνητὸν γὰρ λάχε σῶμα, καὶ εἰ βίον ἄφθιτον ἔσχεν,
Ἀθανάτους πρήξεις τε κατὰ χθόνα ῥέξεν ἀπείρους.

ΣΙΜΩΝΙ͂ΔΟΥ.

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·
  Νικόδικον δὲ, φίλοι, καὶ πόλις ἥδε κλαίει.

ἌΔΗΛΟΝ.

Τοῦτό τι ἡμετέρης μνημήιον, ἐσθλὲ Σαβῖνε,
  Ἁ λίθος ἁ μικρὰ, τῆς μεγάλης φιλίης.
Αἰεὶ ζητήσω σε· σὺ δ', εἰ θέμις, ἐν φθιμένοισι
  Τοῦ Λήθης ἐπ' ἐμοὶ μή τι πίῃς πόματος.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἐνθάδε τύμβος ἔχει θεοειδέας ἀνέρας ἐσθλοὺς,
  Θεῖον Ἰωάννην, τὸν πάνυ Θευδόσιον.
Ὧν ἀρετὴ πολύολβος ἐς οὐρανοῦ ἄντυγας ἦλθεν,
  Καὶ φωτὸς μετόχους δεῖξεν ἀκηρασίου.

Εἰς

Inclyta quae totam poſuit monumenta per urbem,
Teſtes eximiae tot bonitatis habet.

XVII. Ejusdem,

de eodem.

Johannes Phariae princeps virtute ſacerdos
Urbis erat, patria nunc in tellure quieſcit.
Nam corpus mortale fuit: licet ipſa perenne
Floreat innumeris vita immortalibus actis.

XVIII. Simonidae.

Quisque ſuum plorat quem fato perdit: amici,
Tota ſimul plorat patria Nicodicum.

XIX. *Ex Epigrammatis Sancti Gregorii Theologi.*

Teſtis amicitiae, nos inter magna, Sabine
Optime, quae fuerat, parvus hic eſto lapis.
Semper te cupiam. Si fas, Lethaea viciſſim
Sumantur de me pocula nulla tibi.

XX. Incerti.

Divinos haec terra viros, manſuraque ſemper
Nomina, Johannem Theudoſiumque dedit.
Quos ſua, quae ſummum penetravit ad aethera, virtus
Nunc dat perpetuae lucis habere domos.

XXI. *de*

Εἰς Νικόλαον, Πατριάρχην

Ἀλεξανδρείας.

Ὃς βασιλεῖς ἐδάμασσε, καὶ ἠνορέην κατέπαυσεν
Ἀντιπάλων, πατέρων εἵνεκεν εὐνομίης,
Οὗτος ὑπὸ σμικρῷ κατάκειται σήματι τῷδε,
Ἀρχιερεὺς Χριστοῦ Νικόλεως γεγαώς·
Ἀλλ᾽ ἀρετὴ πολύολβος ἐπέπτατο πείρατα κόσμου,
Καὶ ψυχὴ μακάρων ἀμφιπολεῖ θαλάμους.
Τοίην γὰρ βιοτὴν ποθέεσκεν ἐὼν ἐπὶ γαίης,
Σῶμα καλὸν πιέσας κυδαλίμοις καμάτοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Στήλην εὐνομίης, καὶ σωφροσύνης ἀνάθημα,
Εἰκόνα Νικόλεω στήσατο Γρηγόριος.

Ἄλλο.

Οὐδὲ θανὼν κλέος ἐσθλὸν ἀπώλεσας ἐς χθόνα πᾶσαν,
Ἀλλ᾽ ἔτι σῆς ψυχῆς ἄγλαα πάντα μένει.
Ὡς ἔλαχές τ᾽ ἔμαθές τε, φύσει μῆτιν παναρίστε.
Τῷ ῥα καὶ ἐς μακάρων νῆσον ἔβης, Πυθέα.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Ἦν δίζῃ Τίμαρχον ἐν Ἀΐδος, ὄφρα πύθηαι
Ἤ τι περὶ ψυχῆς, ἢ πάλι πῶς ἔσεται,
Δίζεσθαι φυλῆς Πτολεμαΐδος, υἱέα πατρὸς
Παυσανίου, δήεις δ᾽ αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.

XXI. *De Nicolao Patriarcha Alexandrino.*

Qui domuit reges adverſaque robora fregit,
Ut ſuus antiquis legibus eſſet honos;
Nicoleos Chriſti vice primus in urbe ſacerdos
Sub parvo poſitum marmore corpus habet.
Aurea terrarum ſed contigit extima virtus,
Et mens aeternae limina lucis adit.
In terris caeleſte ſibi nam legerat aevum,
Dum formoſa pio membra labore premit.

XXII. *De eodem.*

Gregorius caſti monumentum moris & aequi
Hac in Nicolei dedicat effigie.

XXIII. *Aliud.*

Te neque poſt mortem per terras fama relinquit,
Lucent egregiae nunc quoque mentis opes.
Quas natura dedit, vel quas doctrina paravit,
His, Pythea, meritis arva beata tenes.

XXIV. Callimachi.

Quisquis in inferna Timarchum ſede requiris,
Ut diſcas, animus quid ſit, & an redeas:
Pauſania de patre tribu Ptolemaide quaerens
Invenies, habitat quae pia turba, locis.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Β'.

Εἰς Ἀγωνιστάς.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Εἰπὸν τίς, τίνος ἐσσὶ, τίνος πατρίδος, τί δὲ νικῆς.
Κάσμυλος, Εὐαγόρου, Πύθια πὺξ, Ῥόδιος.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὃς ποτε Πίσῃ
Ἑπτάκι νικήσας, ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ.

Τὸν ἐκ Σινώπης εἰ κλύεις Δαμόστρατον,
Πίτυν λαβόντα τὴν κατ' Ἴσθμον ἑξάκις.
Τοῦτον δέδορκας· οὗ κατ' εὔγυρον πάλην
Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν.
Ἴδ' αὖ πρόσωπον θηρόθυμον, ὡς ἔτι
Σώζει παλαιὰν τὰν ὑπὲρ νίκας ἔριν.
Λέγει δ' ὁ χαλκὸς, ἁ βάσις με λυσάτω,
Χὼς ἔμπνοος νῦν ἕβδομον κονίσομαι.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Σύντομος ἦν ὁ ξεῖνος ὃ καὶ τάφος, οὐ μακρὰ λέξω.
Θῆρις Ἀρισταίου, Κρὴς, ὑπ' ἐμοὶ δολιχόν.

TITULUS II.

De Certatoribus.

I. Simonidae.

Dic quis es, unde ſatus, cujas, victoria qualis;
Casmylus, Euagorae, Pythia pugna, Rhodo.

II. Ejusdem.

Pulchra haec Milonis ſtatua eſt, cui praemia ſeptem
Piſa dedit, lapſo nec ſemel in genua.

III. Philippi.

Notus Sinopes ſi tibi Demoſtratus,
Cui pinus Iſthmi ſexies vinxit caput:
Hunc cernis ipſum, cujus in luctamine
Lapſus arenae nulla ſignavit nota.
Vides ut ori torvitas conſtet vetus,
Et ille quondam niſus ad victoriam.
Aes dicit ipſum: liberer tantum baſi,
Ceu vivus ecce ſeptimae luctae paror.

IV. Callimachi.

Heic ſitus, hoſpes, erat brevis, & breve carmen habebit:
Cres, dolicho victor, Theris Ariſtaides.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Γ'.

Εἰς Ἀδελφούς.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Ἀντῖοχος καὶ Παῦλος ἀδελφεὼ ἄμφω ἔσαντε
Ξυνὴν μὲν βιότου συζυγίην ἐχέτην,
Ξυνὰ δὲ καὶ μοίρης λαχέτην λίνα, καὶ παρὰ θῖνα
Βοσπορίην ξυνὴν ἀμφεβάλοντο κόνιν.
Οὐδὲ γὰρ ἀλλήλοιν ζώειν ἀπάνευθε δυνάσθην,
Ἀλλὰ ξυντρεχέτην καὶ παρὰ Φερσεφόνην.
Χαίρετον ὦ γλυκερὼ καὶ ὁμόφρονε· σήματι δ' ὑμέων
Ὤφελεν ἱδρύσθαι βωμὸς Ὁμοφροσύνας.

ἌΔΗΛΟΝ.

Εἷς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος· ἓν γάρ ἐπέσχον
Ημαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο καὶ θανάτου.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Δ'.

Εἰς Ἁλιέας.

ΣΑΠΦΟ'ΥΣ.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μενίσκος
Κύρτον, καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζωΐας.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ ἈΙΓΥΠΤΙ'ΟΥ.

Μύγδων τέρμα βίοιο λαχὼν, αὐτόστολος ἦλθεν
Εἰς Ἀΐδην, νεκύων πορθμίδος οὐ χατέων,

Ην

TITULUS III.

De Fratribus.

I. Agathiae, Oratoris.

Par fratrum Latous erant Paulusque, nec ulla
  Pars illis vitae diſſociata fuit.
Nunc illos pariter mortis quoque fila ligarunt,
  Unaque Bosphorio litore condit humus.
Vivere qui nunquam potuerunt ſepare vita,
  Nunc & apud Manes currere credo ſimul.
Salve dulce jugum. Concordia ſi velit aram,
  Non alibi veſtro quam velit in tumulo.

II. Incerti.

Unus habet fratres tumulus duo, quippe gemellos
  Protulit una dies, abſtulit una dies.

TITULUS IV.

De Piſcatoribus.

I. Sapphus.

Fiſcellam remumque pater Pelagoni Meniſcus
  Ponit, ei fuerit quam mala vita docens.

II. Juliani, Aegyptii.

Ipſe ſua Mygdon Ditis rate vectus ad aulam,
  Non habuit Stygii nave Charontis opus.

Ἣν γὰρ ἔχε ζώων βιοδώτειρα, μάρτυρα μόχθων,
Ἄγραις εἰναλίαις πολλάκι βριθομένην,
Τήνδε καὶ ἐν θανάτῳ λάχε σύνδρομον, εὖτε τελευτὴν
Εὕρετο, συλλήξας ὁλκάδι καιομένῃ.
Οὕτω πιστὸν ἄνακτι πέλε σκάφος, οἶκον ἀέξον
Μύγδονι, καὶ σύμπλουν ἐς βίον, ἐς θάνατον.

ἈΠΟΛΛΩΝΙ´ΔΟΥ.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ἄλεσεν ἄγρη,
Δούνακος ἱππείης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη.
Εἶδαρ ὅτ᾽ ἀγκίστρου φόνιον πλάνον ἀμφιχανοῦσα,
Ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔφριξε πάγην·
Ἀγνυμένη δ᾽ ὑποδῦντα κατέκτανεν ἅλματι λάβρῳ
Ἐντὸς ὀλισθηρῶν δυσαμένη φαρύγων.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ, Ε´.

Εἰς Ἀνδρείους.

ἈΝΑΚΡΕ´ΟΝΤΟΣ.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα.
Ἄρης δ᾽ οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

ἈΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ.

Ὄρνι, Διὸς Κρονίδαο διάκτορε, τεῦ χάριν ἕστας
Γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Ἀριστομένους;
Ἀγγέλλω μερόπεσσιν ὅθ᾽ οὕνεκεν ὅσσον ἄριστος
Οἰωνῶν γενόμαν, τόσσον ὅδ᾽ ἠϊθέων.

Δειλαὶ

Quae vitae nutrix fuerat, teſtisque laborum,
  Plena maris praeda ſueta redire domum,
Funeris haec eadem ſocia eſt, injectaque flammis
  It piſcatorem cymba ſecuta ſuum.
Admiranda fide, rem Mygdonis auxit, & haeret,
  Ut fuerat vita, nunc quoque morte comes.

III. Apollonidae.

Res nova, te morti tua praeda, Meneſtrate, miſit,
  Quam calamo pendens ſeta trahebat equi,
Cum tectas inhians uncis lethalibus eſcas
  Horruit ad ſubitos flammea fuca dolos,
Et rapido ſaltu fauces ſubeuntis in ipſas
  Intravit. res eſt ingenioſa metus.

TITULUS V.

De Fortibus.

I. Anacreontis.

Hanc bello ſpectatus habet Timocritus urnam,
  Mars timidis parcens fortia corda rapit.

II. Antipatri, Sidonii.

Cur ad Ariſtomenis magni ſtas torva ſepulchrum,
  Dic mihi, dic ſummo praepes amata Jovi.
* * * * * * * * *
* * * * * * * * *

III. Ana-

Δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσουσι πέλειαι·
Ἄμμες δ' ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα.

ἈΝΑΚΡΕΌΝΤΟΣ.

Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα
Πᾶσ' ἐπὶ πυρκαΐης ἥδ' ἐβόησε πόλις.
Οὔ τινα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης
Ἠνάρισε στυγερῆς ἐν στροφάλιγγι μάχης.

ΜΕΝΆΝΔΡΟΥ.

Εἰς Ἐπίκουρον καὶ Θεμιστοκλέα.

Χαῖρε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος· ὧν ὁ μὲν ὑμῶν,
Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ͂.

Εἰς Θεμιστοκλέα.

Ἀντὶ τάφου λιτοῖο θὲς Ἑλλάδα, θὲς δ' ἐπὶ ταύτᾳ
Δούρατα, βαρβαρικᾶς σύμβολα ναυφθορίας·
Καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περίγραφε Περσικὸν Ἄρη,
Καὶ Ξέρξην. τούτοις θάπτε Θεμιστοκλέα.
Στάλα δ' ἁ Σαλαμὶς ἐπικείσεται, ἔργα λέγουσα
Τἀμά. τί με σμικροῖς τὸν μέγαν ἐντίθετε;

ΔΙΟΔΏΡΟΥ.

Τοῦτο Θεμιστοκλεῖ κενὸν ἠρίον εἵσατο Μάγνης
Λαὸς, ὅτ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος,
Ὀθνείην ὑπέδυ χθόνα, καὶ λίθον· ἤθελεν οὕτως
Ὁ φθόνος· αἱ δ' ἀρεταὶ μεῖον ἔχουσι γέρας.

* * * * * * * * *
* * * * * * * * *

III. Anacreontis.

Cum ſua defenſans Agathon Abdera periſſet,
Flevit ad ardentes patria tota rogos:
Nam tali juvenem virtute ac robore nunquam
Mavors ſanguinea ſuſtulit ex acie.

IV. Menandri,

De Epicuro & Themiſtocle.

Salvete o Neoclis nati duo: quippe per illum
Libera gens Cecropis facta, per hunc ſapiens.

V. Germanici,

De Themiſtocle.

Pro tumulo mihi tota brevi ſit Graecia: juxta
Barbarici tabulas adjice naufragii.
Tum circum Xerxes & circum Perſicus oram
Mars eat: haec inter conde Themiſtoclea.
Cippus erit Salamin mea non mortalia facta
Concelebrans; magno quid mihi parva datis?

VI. Diodori.

Vile Themiſtoclei gens dat Sipylea ſepulchrum,
Cum patriae vindex ille, metusque Aſiae,
Externam terram lapidemque volente ſubivit
Invidia. Virtus, quam tibi parvus honor!

Εἰς Φιλοποίμενα τὸν Ἀρκάδα.

Τοῦδ' ἀρετὰ καὶ δόξα καθ' Ἑλλάδα, πολλὰ μὲν ἀλκαῖς
Πολλὰ δὲ καὶ βουλαῖς ἔργα πονησαμένου.
Ἀρκάδος αἰχμητᾶ Φιλοποιμένος, ᾧ μέγα κῦδος
Ἕσπετ' ἐνὶ πολέμῳ δούρατος ἁγεμόνι·
Μανύει δὲ τροπαῖα τετυγμένα δισσὰ τυράννων
Σπάρτας· αὐξομέναν δ' ἄρατο δουλοσύναν.
Ὧν ἕνεκεν Τεγέα μεγαλόφρονα Κραύγιδος υἱὸν
Στᾶσεν ἀμώμητου κράντορ' ἐλευθερίας.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εἰς Θεμιστοκλέα.

Οὔρεά μευ καὶ πόντον ὑπὲρ τύμβοιο χάρασσε,
Καὶ μέσον ἀμφοτέρων μάρτυρα Λητοΐδην,
Ἀενάων τε βαθὺν ποταμῶν ῥόον, οἵ ποτε ῥείθροις
Ξέρξου μυριόναυν οὐχ ὑπέμειναν Ἄρη.
Ἔγγραφε καὶ Σαλαμῖνα, Θεμιστοκλέους ἵνα σῆμα
Κηρύσσῃ Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ,

εἰς τὸν αὐτόν.

Μὴ μέτρει Μάγνητι τὸ πηλίκον οὔνομα τύμβῳ,
Μηδὲ Θεμιστοκλέους ἔργα σε λανθανέτω·
Τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὁλκάσι τὸν φιλόπατριν.
Γνώσῃ δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης.

ΔΙΟΤΙΜΟΥ.

Οὐδὲ λέων ὡς δεινὸς ἐν οὔρεσιν, ὡς ὁ Μίκωνος
Υἱὸς Κριναγόρης ἐν σακέων πατάγῳ.

VII. *De Philopoemene Arcade.*

Hic, cujus celebrat virtutem Graecia, multa
  Conſilio fecit maxima, multa manu,
An terra genitus Philopoemon Arcade, belli
  Gloria quem ſemper ſumma ſecuta ducem?
Hoc monſtrant domitis bis fixa trophaea tyrannis,
  Dum properat naſcens pellere ſervitium.
Hujus terra memor dedit & de Craugide natum,
  Tutantem ſimili libera jura fide.

VIII. Philippi Thessalonicensis, *de Themiſtocle.*

Et maria & noſtro montes inſcribe ſepulchro:
  Stet medius ſpectans Phoebus utrumque locum,
Et violenta prius decies cum mille carinis
  Flumina, quae Xerxem non potuere pati.
Accedat Salamin, ut ſit jactare ſepulchrum
  Cur poſſit Magnes terra Themiſtocleis.

IX. Diodori, *de eodem.*

Ne Magnete ſacrum nomen metire ſepulchro,
  Nec pia te lateant facta Themiſtocleis.
Quis patriae fuerit, Salamin navesque docento,
  Hic tota dices Atthide major erit.

X. Diotimi.

Non Libyes in monte furit leo, quale Miconis
  Crinagoras, quoties ſcuta dedere ſonum.

Εἰ δὲ κάλυμμ' ὀλίγον, μὴ μέμφεο· μικρὸς ὁ χῶρος,
'Αλλ' ἄνδρας πολέμου τλήμονας οἶδε φέρειν.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙ'ΔΟΥ.

Τᾷ Πιτάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
'Επτὰ πρὸς 'Αργείων τραύματα δεξάμενος,
Δεικνὺς πρόσθια πάντα. τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
Παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊῆς Τύννιχος εἶπε τιθείς,
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
Θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν, καὶ Λακεδαιμόνιον.

'ΕΡΥΚΙ'ΟΥ.

'Ανίκ' ἀπὸ πτολέμου τρέσσαντά σε δέξατο μήτηρ
Πάντα τὸν ὁπλιςὴν κόσμον ὀλωλεκότα,
Αὐτά τοι φονίαν, Δαμάτριε, αὐτίκα λόγχαν
Εἶπε διὰ πλατέων ὠσαμένα λαγόνων,
Κάτθανε, μηδ' ἐχέτω Σπάρτα ψόγον· οὐ γὰρ ἐκείνα
"Ημπλακεν εἰ δειλοὺς τοὐμὸν ἔθρεψε γάλα.

ΔΑΜΑΓΗ'ΤΟΥ.

"Ωδ' ὑπὲρ 'Αμβρακίας ὁ βοαδρόμος ἀσπίδ' ἀείρας
Τεθνάμεν ἢ φεύγειν εἵλετ' 'Αριςαγόρας,
'Υιὸς Θευπόμπου· μὴ θαῦμ' ἔχε· Δωρικὸς ἀνὴρ
Πατρίδος, οὐ ζωᾶς, ὀλλυμένας ἀλέγει.

'ΑΠΟΛΛΩΝΙ'ΔΟΥ.

Αἴλιος Αὐσονίης ςρατιῆς πρόμος, ὁ χρυσέοισι
Στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους,
Νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε, τέρμα τ' ἄφυκτον
Εἶδεν, ἀριςείην ἀμφανὲς εἰς ἰδίην.

Πῆξε

Nec tu quod parvus lapis hic iraſcere. parva
Et patria eſt, ſed fert robora magna virûm.

XI. Dioscoridae.

In clypeo Pitanam Thraſybulus morte redibat,
Argiva ſeptem vulnera facta manu,
Cuncta adverſa ferens: quem Tynnichus ipſe cruentum
Impoſuit flammis, dixit & iſta, pater:
Plorentur timidi, te, fili, ſiccus humabo,
Tum de me genitum, tum Lacedaemonium.

XII. Erycii, Cyziceni.

Amiſſis cum te, Demetrie, cerneret armis,
Integra de bello membra referre domum,
Ipſa parens, ſaevo tua dum fodit ilia ferro,
Haec ſimul in medio vulnere verba dedit.
Quin morere, ut Sparte probro vacet: illa, fugacem
Si mea lactarunt ubera, quid potuit?

XIII. Damageti.

Nollet Ariſtagoras tergum cum vertere, mortem
Maluit, Ambraciae ferre profectus opem,
Theupompi ſoboles, neque miror: Dorica laus eſt,
Non pluris vitam credere quam patriam.

XIV. Apollonidae.

Armigero tulerat qui ſerta ſed aurea collo
Aelius Auſoniis ductor in agminibus;
Ipſe ſuos tantos & tot reſpexit ad actus,
Ex morbo mortem dum videt eſſe prope:

Πῆξε δ' ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἑὸν ξίφος· εἶπέ τε θνήσκων,
Αὐτὸς ἑκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχοι.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ,

εἰς τὸν αὐτόν.

Αἴλιος ὁ θρασύχειρ, Ἄργους πρόμος, ὀψὲ διώσας
Αὐχένα χρυσοδέτοις ἐκ πολέμου ςεφάνοις,
Τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος, ἔδραμε θυμῷ
Ἐ's προτέρων ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην.
Ὧσε δ' ὑπὸ σπλάγχνοις πλατὺ φάσγανον, ἓν μόνον εἰπὼν,
Ἄνδρας Ἄρης κτείνει, δειλοτέρους δὲ νόσος.

ΜΝΗΣΑ'ΛΚΟΥ.

Οἵδε πάτραν, πολύδακρυν ἐπ' αὐχένι δεσμὸν ἔχουσαν,
Ῥυόμενοι, δνοφερὰν ἀμφεβάλοντο κόνιν.
Ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν. ἀλλά τις ἀςῶν
Τοὺς δ' ἐσιδὼν, θνάσκειν τλάτω ὑπὲρ πατρίδος.

ΓΑΙΤΟΥΛΙ'ΟΥ.

Ὦ χρόνε, παντοίων θνητῶν πανεπίσκοπε δαῖμον,
Ἄγγελος ἡμετέρων πᾶσι γενοῦ παθέων.
Ὡς ἱερὰν σώζειν πειρώμενοι Ἑλλάδα χώρην,
Βοιωτῶν κλεινοῖς θνήσκομεν ἐν δαπέδοις.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Ἰσσοῦ ἐπὶ προβολῇσιν, ἀλὸς παρὰ κῦμα Κιλίσσης
Ἄγριον, αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες,

Ἐρ-

Transadigensque ſuo ferro ſibi viſcera, dixit:
Non tu morte potes vincere me, ſed ego.

XV. Philippi Thessalonicensis,

de eodem.

Aelius Argolidum rector, cui fortia colla
Vinxerat ex auro multa corona gravi;
Cum tabes ederet languentia membra, recurrit
Ipſe ad virtutis facta priora ſuae;
Infixumque premens gladium ſub pectore, clamat:
Occidit miſeros morbus, at arma viros.

XVI. Mnasalcae,

de iis, qui ad Thermopylas cum Leonida occubuerunt.

Quae patriam, jam triſte jugum cervice trahentem,
Aſſeruit, jacet hoc aggere tecta cohors,
Virtutis merito celeberrima. quisquis es, inde
Cerne, morique aude tu quoque pro patria.

XVII. Gaetulii.

Tempus (namque hominum cunctos introſpicis actus)
Significa populis haec mala, quae patimur.
Omnia dum facimus, ne Graecia ſerviat, ecce
Aoniae pulchris vallibus immorimur.

XVIII. Antipatri.

Ad mare Corycium non longe finibus Iſſi,
Hic ſita Perſarum millia multa ſumus.

Ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος· οἵ ποτ' ἄνακτι
 Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφεσπόμεθα.

ἈΛΚΑΙ͂ΟΥ.

Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
 Ἠμαθίης τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
Ἠμαθίῃ μέγα πῆμα. τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
 Πνεῦμα, θοῶν ἐλάφων ᾤχετ' ἐλαφρότερον.

ΦΙΛΙ͂ΠΠΟΥ.

Εἰς Ἀλκαῖον.

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
 Σταυρὸς ἐπ' Ἀλκαίῳ ἵσταται αὐτόματος.

ΣΙΜΩΝΙ͂ΔΟΥ.

Εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας.

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
 Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέταρες.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

εἰς τοὺς αὐτούς.

Ὦ ξεῖν' ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
 Κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Fecit Alexander Macedo, dum claſſica regis
  Darii ſequimur non reditura manus.

XIX. Alcaei,

de triginta millibus, qui Philippo poſteriore regnante ceciderunt.

Millia triginta Macedûm de gente, viator,
  Hic nec fleta ſuis nec tumulata jacent.
Grande malum patriae. quo grandia verba, Philippe,
  Nunc tua? nam cervis ocyor ecce fugis.

XX. Philippi,

de Alcaeo.

Cernis in hoc tumulo ſine fronde & cortice lignum?
  Crux haec Alcaeo ſtructa, viator, erit.

XXI. Simonidae,

de iis, qui mortui ſunt ad Thermopylas.

Ter decies centum pugnarunt millibus iſtic
  Ex Pelopis terra corpora mille quater.

XXII. Ejusdem,

de iisdem.

Nos hic eſſe ſitos Spartae dic, quaeſumus, hospes,
  Dum facimus promto corde quod ipſa jubet.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾿ΤΟΥ͂,

εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἀκμᾶς ἑϛηκυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
Ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾿ΤΟΥ͂,

εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἄσβεϛον κλέος οἵδε φίλη περὶ πατρίδι θέντες
Κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος.
Οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθεν
Κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδα.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾿ΤΟΥ͂,

εἰς τοὺς αὐτούς.

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐϛὶ μέγιϛον,
Ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη.
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι,
Κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾿ΤΟΥ͂.

Χαίρετ' ἀριϛῆες πολέμου, μέγα κῦδος ἔχοντες,
Κοῦροι Ἀθηναίων, ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
Οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσατ' ἥβην,
Πλείϛοις Ἑλλήνων ἀντία μαρνάμενοι.

ΑΙΣ-

XXIII. Ejusdem,

de iisdem.

Hic ſita turba ſumus, quei s vi vitaque redempta eſt
Cum jam ſub cultro Graecia tota foret.

XXIV. Ejusdem,

de iisdem.

Iſtos, dum patriae decus immortale laborant,
Involvit nigra nube ſuprema dies.
Sed neque ſic periere tamen: nam facta celebrans
A Stygiis illos fama reducit aquis.

XXV. Ejusdem,

de iisdem.

Maxima virtutis ſi pars, bene ponere vitam,
Nobis praecipuum fata dedere decus.
Dum properamus enim, fieret ne Graecia ſerva,
Hic ſumus aeterna non ſine laude ſiti.

XXVI. Ejusdem,

de Athenienſium propugnatoribus.

Cecropidum ſalvete genus, pleniſſima Martis
Pectora, bellipotens quos celebravit equus,
Quorum florenti patriae eſt impenſa juventus
Plurima ſtans contra millia Grajugenûm.

ΑἸΣΧΥ'ΛΟΥ.

Κυανέη καὶ τούσδε μενεγχέας ὤλεσεν ἄνδρας
  Μοῖρα, πολύῤῥητον πατρίδα ῥυομένους.
Ζωὸν δὲ φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γυίοις
  Τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Παῖδες Ἀθηναίων, Περσῶν στρατὸν ἐξολέσαντες,
  Ἤρκεσαν ἀργαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντί ποτ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἥβην,
  Μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις,
Αἰχμηταὶ πεζοί τε, καί ὠκυπόρων ἐπὶ νηῶν·
  Καλλιστὸν δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι.

ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ.

Οἵδε ποτ' Αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες
  Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
Χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς Ἐρέτρια, χαίρετ' Ἀθῆναι
  Γείτονες Εὐβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

ἎΔΗΛΟΝ.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικὸν, ἄγχι δὲ Σούσων
  Κείμεθα· φεῦ, γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

ΔΑ-

XXVII. Aeschyli,

de Theſſalorum propugnatoribus.

Hos quoque nigra viros mors abſtulit armipotentes,
Dum certant pecoris divite pro patria,
Fortiaque invelant Oſſaeo pulvere membra:
Sed laus poſt etiam funera viva manet.

XXVIII. Incerti,

de Athenienſium propugnatoribus.

Perſarum victis legionibus Attica pubes
Servile a patria deripuere jugum.

XXIX. Simonidae,

de iis, qui cum Cimone ad Eurymedontem fortiter fecerant.

Hic ſita, quae caeſa eſt apud Eurymedonta juventus,
Fortia dum terris bella marique gerit:
Prima ſagittiferi contra ſtans agmina Medi
Et nunc pro meritis mortua nomen habet.

XXX. Platonis.

Ecbatanûm media nos hic regione jacemus,
Fortis ab Aegaeo turba profecta ſalo.
Ergo priſca vale jám mater Eretria, tuque urbs
Palladis Euboeae proxima, tuque mare.

XXXI. Incerti.

Eubois huc nos miſit Eretria, Suſa jacemus
Sat prope, ſed noſtra quam procul a patria.

ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὦ Λακεδαιμόνιοι, τὸν ἀρήϊον ὔμμιν ὁ τύμβος
Γύλλιν ὑπὲρ Θυρέας οὗτος ἔχει φθίμενον,
Ἄνδρα, ὃς Ἀργείων τρεῖς ἔκτανε· καὶ τόδε γ' εἶπε,
Τεθναίην, Σπάρτας ἄξια μησάμενος.

ΤΥΜΝΕΩ.

Τὸν παραβάντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ,
Ἁ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.
Θηκτὸν δ' ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὀδόντα
Ὀξὺν ἐπιβρύχουσ', οἷα Λάκαινα γυνά,
Ἔῤῥε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μέρις, ἔῤῥε ποθ' Ἅδην·
Ἔῤῥε, τὸν οὐ Σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ.

Εἰς δηΐων πέμψασα λόχους Δημαινέτη ὀκτὼ
Παῖδας, ὑπὸ στήλῃ πάντας ἔθαπτε μιᾷ·
Δάκρυα δ' οὐκ ἔῤῥηξ' ἐπὶ πένθεσιν, ἀλλὰ τὸ δ' εἶπε
Μοῦνον, ἰὼ Σπάρτα, σοὶ τέκνα ταῦτ' ἔτεκον.

ΦΑΕΝΝΟΥ.

Οὐκ ἔτλας, ὦ 'ριστε Λεωνίδα, αὖθις ἱκέσθαι
Εὐρώταν, χαλεπῷ σπερχόμενος πολέμῳ.
Ἀλλ' ἐπὶ Θερμοπύλαισι τὸ Περσικὸν ἔθνος ἀμύνων,
Ἐδμάθης, πατέρων ἁζόμενος νόμιμα.

ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὤλεο δὴ πατέρων παρὰ ληΐδα καὶ σὺ Μαχητὰ,
Δριμὺν ἐπ' Αἰτωλοῖς ἀντιφέρων πόλεμον,

Πρω-

XXXII. Damageti.

Sparta, tuum Gyllim moles tenet iſta ſepulchri,
  Cui Thyrea pugnae cauſa necisque fuit.
Argivûm tria cum ſtraviſſet corpora, geſſi
  Me dignum patria, nunc, ait, opto mori.

XXXIII. Tymnei.

Oebalis Oebalium Demetrion ipſa peremit,
  Uſa manu legum vindice, dura parens.
Addidit & voces, ferrum dum ſtringit, acerbum
  Dentibus infrendens, ut Lacedaemonia.
I mala progenies, i, degener, i, ſed ad orcum.
  Indignum Sparta nos aluiſſe dolet.

XXXIV. Dioscoridae.

In bellum natos Demaeneta miſerat octo,
  Uno quos tumulo condidit octo ſimul.
Nec lachrymis ſua damna fuit teſtata, ſed unum:
  Euge tibi, Sparte, dixit, ego hos peperi.

XXXV. Phaënni.

Eurotam remeare, Leonida, turpe putaſti,
  Obvia cum belli vis tibi tota foret.
Sed cadis, Oetaeis Perſas dum faucibus arces,
  Miſſaque per multos jura tueris avos.

XXXVI. Damageti.

Tu quoque dum, patribus quae bello parta, tueris,
  Fortis ab Aetolo Marte Machata cadis;

Vix

Πραθήβας. χαλεπὸν γὰρ Ἀχαιϊκὸν ἄνδρα νοῆσαι
Ἄλκιμον, εἰς πολιὰν ὅστις ἔμεινε τρίχα.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Ἔστης ἐν προμάχοις, Χαιρωνίδη, ὧδ᾽ ἀγορεύσας,
Ἢ μόρον, ἢ νίκην, Ζεῦ, πολέμοιο δίδου,
Ἡνίκα τοι περὶ τάφρον Ἀχαιΐδα τῇ τότε νυκτὶ
Δυσμενέες θρασέος δῆριν ἔθεντο πόνου.
Ναὶ μὴν ἀλλ᾽ ἀρετή σε διακριδὸν ἅλις ἀείδει,
Θερμὸν ἀνὰ ξείνην αἷμα χέαντα κόνιν.

ΛΕΩΝΊΔΟΥ.

Τὴν ὀλίγην βῶλον, καὶ τοῦτ᾽ ὀλιγήριον, ὦ 'νερ,
Σῆμα ποτίφθεγξαι τλάμονος Ἀλκιμένευς.
Εἰ καὶ πᾶν κέκρυπται ὑπ᾽ ὀξείης παλιούρου
Καὶ βάτου, ἥν ποτ᾽ ἐγὼ δήϊος Ἀλκιμένης.

ἈΝΎΤΗΣ.

Λύδιον οὖδας ἔχει τόδ᾽ Ἀμύντορα, παῖδα Φιλίππου,
Πολλὰ σιδηρείης χερσὶ θιγόντα μάχης.
Οὐδέ μιν ἀλγινόεσσα νόσος δόμον ἤγαγε νυκτὸς,
Ἀλλ᾽ ὄλετ᾽ ἀμφ᾽ ἑτάρῳ σχὼν κυκλόεσσαν ἴτυν.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ.

Οὐχὶ Θεμιστοκλέους Μάγνης τάφος, ἀλλὰ κέχωσμαι,
Ἑλλήνων φθονερῆς σῆμα κακοτροπίης.

ἈΔΔΑΊΟΥ.

Ἠμαθίην ὃς πρῶτος ἐς Ἄρεα βῆσα Φίλιππος,
Αἰγαίῃ κεῖμαι βώλῳ ἐφεσσάμενος,

Ῥέξας

Vix dum puber adhuc. rarum eſt ut miles Achaeus
Poſſit ad annoſam vivere canitiem.

XXXVII. Ejusdem.

In prima pugnans acie, Chaeronida, dixti,
Da, ſuperûm rector, vincere, dave mori.
Nocte laboranti cum vallum propter Achivûm
Oppoſuit ſeſe vis inimica tibi.
Quamlibet externam tinxiſti ſanguine terram,
Aeternum meritis Elide nomen habes.

XXXVIII. Leonidae.

Hanc glebam, ſit parva licet, neque grande ſepulchrum
Alloquere egregii, quisquis es, Alcimenis.
Me rubus & ſpinis quamvis paliurus acutis
Obtegit, Alçimenes ille ego fortis eram.

XXXIX. Anytae.

Tam bene qui toties pugnavit, Amyntora tellus
Lyda tegit, ſobolem, clare Philippe, tuam.
Non domitus morbo, ſed ſcuto fortiter hoſtem
A ſociis arcens, ad loca noctis abit.

XL. Antipatri Thessalonicensis.

Ne me dic tumulum Magneta Themiſtoclis eſſe:
Signum Graecorum ſum trucis invidiae.

XLI. Addaei.

Inſtitui Macetas qui primus ad arma Philippus,
Aegarum jaceo corpus amictus humo.

Ῥέξας οἷ' οὔπω βασιλεὺς τὸ πρίν· εἰ δέ τις αὐχεῖ
Μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦθ' αἵματος ἡμετέρου.

ΠΑΡΜΕΝΙ'ΩΝΟΣ.

Τύμβον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος ἤν τις ἀείδῃ,
Ἠπείρους κείνου σῆμα λέγ' ἀμφοτέρας.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδου μαχεσαμένους
πρὸς Πέρσας ἐν Θερμοπύλαις.

Οἵδ' Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον, οὐχ, ἅπερ ἄλλοι,
Στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαβον.

ΠΟΛΥΣΤΡΑ'ΤΟΥ.

Τὸν μέγαν Ἀκροκόρινθον Ἀχαΐκὸν, Ἑλλάδος ἄστρον,
Καὶ διπλῆν Ἰσθμοῦ σύντροφον ἠϊόνα
Λεύκιος ἐστυφέλιξα· δορυπτοίητα δὲ νεκρῶν
Ὀστέα σωρευθεὶς εἷς ἐπέχει σκόπελος.
Τοὺς δὲ δόμον Πριάμοιο πυρὶ πρήσαντας Ἀχαιοὺς,
Ἀκλαύστους κτερέων νόσφισαν Αἰνεάδαι.

ΠΕΙΣΑ'ΝΔΡΟΥ.

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν· ἵππῳ δὲ, Πόδαργος·
Καὶ κυνὶ, Θήραγος· καὶ θεράποντι Βάβης.
Θέσσαλος, ἐκ Κρήτης, Μάγνης γένος, Αἵμονος υἱός·
Ὤλετο δ' ἐν προμάχοις, ὀξὺν Ἄρη συνάγων.

'ΑΣΙΝ-

Feci, quanta prius nemo de regibus; ultra
Si quis iit, pars eſt ſanguinis ille mei.

XLII. Parmenionis.

Quaeris Alexandri Macetae celebrare ſepulchrum?
Europam atque Aſiam da monumenta viro.

XLIII. Antipatri,

de iis, qui cum Leonida contra Perſas pugnaverunt ad Thermopylas.

His quibus Orcus erat ſomni vice, nulla columna,
Sed pretium virtus exſtitit ipſa ſui.

XLIV. Polystrati.

Moenia celſa Ephyres, telluris lumen Achivae,
Hic ubi ſe jungit littus utrumque maris,
Mummius everti: ſcopulus numeroſa virorum
Millia, quos bellum perdidit, unus habet.
Igne domum Priami populus vaſtarat Achaeus,
Ipſe per Aeneadas nunc caret igne rogi.

XLV. Pisandri Rhodii.

Hippaemon vir dictus erat, ſonipesque Podargus,
Theragrusque canis, mancipiumque Babes.
Theſſalus, e Creta, Magnes genus, Haemone natus,
Occidit, in primo dum movet arma loco.

ἈΣΙΝΙ'ΟΥ ΚΥΑΔΡΑ'ΤΟΥ,

Εἰς τοὺς ἀναιρεθέντας ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Σύλλα.

Οἱ πρὸς Ῥωμαίους δεινὸν στήσαντες Ἄρηα,
Κεῖνται, ἀριστείης σύμβολα δεικνύμενοι.
Οὐ γάρ τις μετὰ νῶτα τυπεὶς θάνεν, ἀλλ' ἅμα πάντες
Ὤλοντο κρυφίῳ καὶ δολερῷ θανάτῳ.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγὼ, θνατῶν δ', ὃν ἐγὼ νῦν
Φρουρῶ, τῷδε τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.
Ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε λέων ἐμὸν, ὡς ὄνομ' εἶχεν,
Οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.

ΤΟΥ̃ Α'ΥΤΟΥ̃.

Τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐχ ἵκετο καπνὸς
Αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέης·
Οἳ βούλοντο πόλιν μὲν ἐλευθερίᾳ τεθαλυῖαν
Παισὶ λιπεῖν, αὐτοὶ δ' ἐν προμάχοισι θανεῖν.

ΒΑ'ΣΣΟΥ.

Φωκίδι πὰρ πέτρῃ δέρκου τάφον· εἰμὶ δ' ἐκείνων
Τῶν ποτὲ Μηδοφόνων μνῆμα τριηκοσίων.
Οἳ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον, ἀμβλύναντες
Ἄρεα καὶ Μήδων καὶ Λακεδαιμονίων.
Ἣν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῖο βοόστρυχον εἰκόνα θήρης,
Ἔννεπε, τοῦ παγοῦ μνᾶμα Λεωνίδεω.

XLVI. Asinii Quadrati,
de interfectis victore Sulla Conſule Romano.

Quos haec terra tegit, Romano Marte petiti
  Maxima virtutis ſigna dedere ſuae.
Horum nemo fuit, qui tergo vulnera ferret,
  Omnes hoſtili ſed periere dolo.

XLVII. Simonidae,
de Leonida.

Quantum vinco feras ego robore, vicerat ille
  Tantum homines, cujus ſub pede buſta premo.
Hunc tumulum nollem pede tangere, nomine ſi me
  Aequaſſet non & viribus iſte leo.

XLVIII. Ejusdem,
de iis, qui Tegeam liberarunt Graecis.

Horum virtuti debes Tegeata, quod aſtra
  Non petiit ſcandens fumus ab urbe tua.
Quippe frui poſſint ut libertate nepotes,
  In primore acie non metuere mori.

XLIX. Bassi.

Quem ſpectas tumulum ſub Phocide rupe, trecentos,
  Vi quorum Medi tot periere, tego.
Occubuere procul Lacedaemone, prae quibus omnis
  Spartae & Perſarum gloria Martis hebet.
Forte Ducem quaeris? Situs ipſe Leonida magnus
  Iſto deſignat quem fera fulva loco.

ΓΑΙΤΟΥΛΙ'ΟΥ.

Δισσὰ τριηκοσίων τάδε φάσγανα θούριος Ἄρης
  Ἔσπασεν, Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων·
Ἔνθα μάχην ἔτλημεν ἀνάγγελον, ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ
  Πίπτοντες· Θυρέα δ᾽ ἦσαν ἄεθλα δορός.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ,

εἰς τὸ αὐτό.

Οἵδε τριηκόσιοι, Σπάρτα πατρὶ, τοῖς συναρίθμοις
  Ἰναχίδαις Θυρέαν ἀμφὶ μαχεσσάμενοι,
Αὐχένας οὐ στρέψαντες· ὅπα ποδὸς ἴχνια πρῶτον
  Ἁρμόσαμεν, ταύτᾳ καὶ λίπομεν βιοτάν.
Ἄρσενι δ᾽ Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον
  Καρύσσει, Θυρέα, Ζεῦ, Λακεδαιμονίων.
Εἰ δέ τις Ἀργείων ἔφυγεν μόρον, ἦν ἀπ᾽ Ἀδράστου·
  Σπάρτᾳ δ᾽ οὐ τὸ θανεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν θάνατος.

ΧΑΙΡΗ'ΜΟΝΟΣ.

Τοῖς Ἀργείοις χ᾽ ἡμῖν ἴσαι χέρες, ἶσα δὲ τεύχη
  Συμβάλομεν· Θυρέα δ᾽ ἦσαν ἄεθλα δορός.
Ἄμφω δ᾽ ἀπροφάσιστα τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες,
  Οἰωνοῖς θανάτου λείπομεν ἀγγελίαν.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Εὐθυμάχων ἀνδρῶν μνησώμεθα, τῶν ὅδε τύμβος,
  Οἳ θάνον εὔμηλον ῥυόμενοι Τέγεαν,
Αἰχμηταὶ πρὸ πόλιος· ἵνα σφίσι μὴ καθέληται
  Ἑλλὰς ἀποφθιμένοις κάρτος ἐλευθερίας.

ΑΝΥ'-

L. Gaetulii.

Nos ex parte viros commiſit utraque trecentos
Mars ferus, Argivos & Lacedaemonios.
De Thyrea certamen erat, tam fortibus iris,
Nuntius ut pugnae nemo ſuperfuerit.

LI. Simonidae,

De eodem.

Ter centum nos, Sparta, tui, qui robora contra
Inachidum numero ſumpſimus arma pari.
Ne cervice quidem flexos, veſtigia primum
Quo ſunt fixa loco, vita reliquit ibi.
Ipſe ſuo moriens in ſcuto ſanguine ſcripſit
Othryades, Spartae, Juppiter, eſt Thyrea.
Argivûm ſi quis ſoſpes fuit, hoc ab Adraſto eſt,
Non mors, mors, Sparta judice, ſed fugere.

LII. Chaeremonis.

Nos, o Sparta, tibi Thyrea pareret an Argis,
Quaeſiimus, numerum, nec minus arma pares.
Projecti reditus animis: pars utraque teſtes
De tanta ſolas clade reliquit aves.

LIII. Simonidae,

de Athenienſium potiſſimis ad Tegeam mortuis.

Non oblivíſci decet, hac tellure ſepultam,
Quae Tegaea tuens moenia turba perit.
Nil mortem metuens, poterat queis Graecia lucem,
Sed libertatem demere non poterat.

ἈΝΎΤΗΣ.

Μνᾶμα τόδε φθιμένου Μενεδαΐου εἵσατο Δᾶμις,
Ἵππῳ ἐπεὶ στέρνον τοῦδε δαφοινὸς Ἄρης
Τύψε· μέλαν δέ οἱ αἷμα ταλαυρίνου διὰ χρωτὸς
Ζέσσ᾽, ἐπὶ δ᾽ ἀργαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

ΣΙΜΩΝΊΔΟΥ.

Δίρφυος ἐδμήθημεν ὑπὸ πτυχί· σῆμα δ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν
Ἔγγυθεν Εὐρίπου δημοσίᾳ κέχυται,
Οὐκ ἀδίκως· ἐρατὴν γὰρ ἀπωλέσαμεν νεότητα,
Τρηχεῖην πολέμου δεξάμενοι νεφέλην.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εὐκλέας αἶα κέκευθε, Λεωνίδα, οἳ μετὰ σεῖο
Τῇδ᾽ ἔθανον, Σπάρτας εὐρυχόρου βασιλεῦ·
Πλείστων δὴ τόξων τε, καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων,
Μηδείων τ᾽ ἀνδρῶν δεξάμενοι πόλεμον.

ΝΙΚΆΝΔΡΟΥ.

Ζεῦ πάτερ, Ὀθρυάδα τίνα φέρτερον ἔδρακες ἄλλον;
Ὃς μόνος ἐκ Θυρέας οὐκ ἐθέλησε μολεῖν
Πατρίδ᾽ ἐπὶ Σπάρταν, διὰ δὲ ξίφος ἤλασε πλευρῶν,
Δοῦλα καταγράψας σκῦλα κατ᾽ Ἰναχιδᾶν.

ΘΕΟΔΩΡΊΔΟΥ.

Τόλμα καὶ εἰς Ἀΐδαν καὶ ἐς Οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει,
Ἃ καὶ Σωσάνδρου παῖδ᾽ ἐπέβασε πυρᾶς
Δωρόθεον· Φθίᾳ γὰρ ἐλεύθερον ἦμαρ ἰάλλων,
Ἐῤῥαίσθη σηκῶν μεσσόθι καὶ Χιμάρας.

KE-

LIV. Anytae.

Damis equo poſuit Menedaio triſte ſepulchrum,
Quem ferus in medio pectore Mars tetigit.
At niger effluxit valido de corpore ſanguis,
Et duram tepido flumine tinxit humum.

LV. Simonidae.

Dirphyos occidimus ſubter juga, buſtaque nobis
Non procul Euripo publica cura dedit.
Et merito: periit nobis nam noſtra juventus,
Horrida dum belli nubila ſponte ſubit.

LVI. Ejusdem.

Claros terra tegit, quos, magne Leonida, tecum
Mors tulit, o Sparta rex bene digne tua:
Qui Medorum arcus & equos, vim denique belli,
Totam corporibus ſuſtinuere ſuis.

LVII. Nicandri Colophonii.

Noſtine Othryada potiorem, Juppiter, ullum?
Qui Thyrea Spartam noluit ire ſuam,
Solus adhuc ſuperans, ſed fodit viſcera ferro,
Et ſpolia inſcripſit, Victor ab Inachidis.

LVIII. Theodoridae.

Ad Styga vis animi, ſed & alta ad ſidera ducit,
Soſandro genitum quae dedit ipſa rogo
Dorotheum: rapuit quem mors ſtabula alta Capramque
Inter, dum Phthiae libera jura parit.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ϛ'.

Εἰς ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙ'ΔΟΥ.

Ἐμπορίης λήξαντα Φιλόκριτον, ἄρτι δ' ἀρότρου
 Γευόμενον, ξείνῳ Μέμφις ἔκρυψε τάφῳ.
Ἔνθα δραμὼν Νείλοιο πολὺς ῥόος, ὕδατι λάβρῳ
 Τἀνδρὸς τὴν ὀλίγην βῶλον ἀπημφίασεν.
Καὶ ζωὸς μὲν ἔφευγε πικρὴν ἅλα, νῦν δὲ καλυφθεὶς
 Κύμασι, ναυηγὸν σχέτλιος ἔσχε τάφον.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ.

Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνά παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
 Κάτθανε· θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγὼ,
Τὴν οὕτως Ἀΐδαο μακρὴν ὁδὸν, ᾧ πρὶν ὁ ποσσὶν
 Ἀλλοτρίοις βαδίσας, ἔδραμε νυκτὶ μιᾷ.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων,
Ἐνταῦθα κεῖμαι λείψανον παντὸς βίου,
Πολλάκις ἀποθανὼν, ὧδε δ' οὐδεπώποτε.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι γυναικί τε τύμβον ἔδειμεν
 Ἀνδροτίων· οὔπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος.

Οὕτω

TITULUS VI.

De Hominibus minus Claris.

I. Dioscoridae.

Mercator fuerat, ſed rure Philocritus empto
  Memphidos externam mortuus intrat humum.
Nilus ibi violentus erat, glebamque ſepulti
  Exiguam rapidis ad mare portat aquis.
Qui ſcelus undarum vivens effugerat, undis
  Conditur, & tandem naufragus in tumulo eſt.

II. Diogenis Laërtii.

Hercule! nec nobis Lyco praetereundus, obivit
  Quod podagra, namque eſt res ea mira mihi.
Alterius pedibus ſolitus quod repere, longum
  Ad manes una nocte cucurrit iter.

III. Incerti,

de Philiſtione Nicaeenſi mimo.

Nicaeus, aevum flebile hoc mortalium
Qui temperavi riſibus, Philiſtio,
Vitae reliquiae totius, ſitus hic tegor,
Emortuus jam ſaepe, ſic nunquam tamen.

IV. Incerti.

Sum nullius adhuc tumulus, ſed me ſibi, natis,
  Uxori ſtruxit providus Androtio.

Οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον· εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
Δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους, προτέρους.

ἌΔΗΛΟΝ.

Οὔνομά μοι· τί δὲ τοῦτο; πατρὶς δέ μοι· ἐς τί δὲ τοῦτο;
Κλεινοῦ δ' εἰμὶ γένους. εἰ γὰρ ἀφαυροτάτου;
Ζήσας ἐνδόξως ἔλιπον βίον· εἰ γὰρ ἀδόξως;
Κεῖμαι δ' ἐνθάδε νῦν· τίς, τίνι ταῦτα λέγεις;

ἌΔΗΛΟΝ.

Θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον· εἰ δέ με τύμβῳ
Δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ζωὴν συλήσας, δωρῇ τάφον· ἀλλά με κρύπτεις,
Οὐ θάπτεις. τοίου κ' αὐτὸς ὄναιο τάφου.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Κἤν με καταχρύπτης ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,
Ὄμμα Δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔκτανες, εἶτα με θάπτῃ, ἀτάσθαλε, χερσὶν ἐκείναις,
Αἷς με διεχρήσω. μή σε λάθοι Νέμεσις.

ἌΔΗ

Et maneam ſic opto diu, cum non datur ultra,
  Ordine naſcendi, quilibet huc veniat.

V. *Inſcriptio non nominati a Paulo Silentiario.*

Nomine dicor ego. quid tum? mea patria. quid tum?
  Nobilis. at quid tum, ſi ſine gente fores?
Splendida vita fuit. quid ſi nec nota fuiſſet?
  Hic jaceo. ſed quis, cui precor iſta refers?

VI. Incerti.

Texit humo qui me ſine teſte peremerat. addit
  Et tumulum: parilem ſentiat ipſe vicem.

VII. Incerti, *de eodem.*

Abſtuleras vitam, tumulum nunc das mihi: celas,
  Non ſepelis: ſic & te precor alter humet.

VIII. Incerti, *de eodem.*

Me licet abſcondas, nullus velut arbiter adſit,
  Scito oculos magni cernere cuncta Jovis.

IX. Incerti, *de eodem.*

Eripuiſti animam, manibus me condis eisdem.
  O ſcelus: ultorem crede venire Deum.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἴ με νέκυν κατέθαπτες, ἰδὼν οἰκτίρμονι θυμῷ,
  Εἶχες ἂν ἐκ μακάρων μισθὸν ἐπ' εὐσεβίῃ.
Νῦν δ' ὅτε δὴ τύμβῳ με καταχρύπτεις ὁ φονεύσας,
  Τῶν αὐτῶν μετέχοις ὧνπερ ἐμοὶ παρέχεις.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Χερσὶ κατακτείνας, τάφον ἔκτισας· οὐχ ἵνα θάψῃς,
  Ἀλλ' ἵνα με κρύψῃς. ταὐτὸ δὲ καὶ σὺ πάθοις.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες, ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
  Ζεῦ ξένι'· οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες, ὄναιντο βίου.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔ ποτ' ἐμὲ κρύψεις ὑπὸ πυθμένα νείατον αἴης
  Τόσσον, ὅσον κρύψαι πάνσκοπον ὄμμα Δίκης.
Ἀντὶ φόνου τάφον ἄμμι χαρίζεαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
  Ἶσον ἀντιτύχοις οὐρανόθεν χαρίτων.

ἈΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Κάτθανεν Ἡλιόδωρος, ἐφέσπετο δ' οὐδ' ὅσον ὥρη
  Ὕστερον ἀνδρὶ φίλῳ Διογένεια δάμαρ.

Ἄμφω

X. INCERTI,
de eodem.

Si me communem ſortem miſeratus humaſſes,
Aequa darent ſuperi pro pietate tua.
Nunc homicida mei cùm me tellure recondas,
Quod facis, optandum eſt, ut tibi fiat idem.

XI. INCERTI,
de eodem.

Das interfector tumulum mihi, non ut humes me,
Ipſe ſed ut lateas: ſit tibi ſors eadem.

XII. SIMONIDAE,
de quodam a latronibus interfecto.

Qui mihi cauſa necis, par hunc fortuna ſequatur,
Juppiter; at vivat qui mihi praeſtat humum.

XIII. JULIANI,
de eodem.

Me licet occuleres ſubter fundamina terrae,
Non occulta foret res tamen illa Jovi.
Namque is cuncta videt. mihi das pro caede ſepulchrum,
Talia coeleſtes dent benefacta tibi.

XIV. APOLLONIDAE.

Heliodorus obit. vix tota interfuit hora;
Extinctum ſequitur Diogenea virum.

Con-

Ἄμφω δ' ὡς Ὑμέναιον ἐπὶ πλακὶ τυμβεύονται,
Ξυνὸν ἀγαλλόμεναι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

ΣΑΡΑΠΙΏΝΟΣ.

Τοῦτ' ὀστεῦν φωτὸς πολυεργέος. ἦ ῥά τις ἦσθα
Ἔμπορος, ἢ τυφλοῦ κύματος ἰχθυβόλος.
Ἄγγελον θνητοῖσιν ὅτι σπεύδοντες ἐς ἄλλας
Ἐλπίδας, εἰς τοίην ἐλπίδα λυόμεθα.

ΝΟΣΣΙΔΟΣ.

Καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβεο, καὶ φίλον εἰπὼν
Ῥῆμ' ἐπ' ἐμοί· Ῥίνθων εἰμ' ὁ Συρηκόσιος,
Μουσάων ὀλίγη τις ἀηδονίς. ἀλλὰ καλύκων
Ἐκ τραγικῶν ἴδιον κισσὸν ἐδρεψάμεθα.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, πάτρα δέ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς, ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.
Εὐκράτεω δ' ἔβλαστον ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος,
Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας Χάρισιν.
Εἰ δὲ Σύρος, τί τὸ θαῦμα; μίαν, ξένε, πατρίδα κόσμον
Ναίομεν· ἓν θνατοὺς πάντας ἔτικτε χάος.
Πουλυετὴς δ' ἐχάραξα τάδ' ἐν δέλτοισι πρὸ τύμβου·
Γῆρας γὰρ γείτων κἀγγύθεν Ἀΐδεω.
Ἀλλά με τὸν λάλιον καὶ πρεσβύτην σὺ προσειπὼν
Χαίρειν, εἰς γῆρας κ' αὐτὸς ἵκοιο λάλον.

ΔΙΟ-

Conſortesque cubant & nunc: Hymenaeus eosdem
  Nam jugat in tumulo, quos prius in thalamo.

XV. Serapionis, Alexandrini.

Hoc cujus fuit os? vir eras puto fallere piſces
  Impiger, aut gravidae vendere navis onus.
Dic igitur cunctis, nobis ſpes ſurgere multas;
  Noſtra ſed has in ſpes omnia deſinere.

XVI. Nossidis.

Hunc tranſi tumulum ridens, & dulcia verba
  Dic mihi. Sum Rhinthon ille Syracoſius,
Parvula Muſarum quaedam Philomela: coronis
  Ex tragicis hedera eſt propria carpta mihi.

XVII. Meleagri.

Me Tyrus eduxit: genuit gens Attica, ſed quae
  Tam procul Aſſyriis diſſidet in Gadaris:
Eucratides vixi Muſis Meleager amicus,
  Sectatus veneres, docte Menippe, tuas.
Sum Syrus & quid tum? Mundus mortalibus una
  Eſt domus: una hominum gentis origo chaos.
Iſta vicem tumuli tabulis ego jam gravis annis
  Inſcribo. mortem quippe ſenecta prope eſt.
At quicumque ſenem me nunc ſalvere loquacem
  Juſſerit, ipſe ſenex fiat & ipſe loquax.

ΔΙΟΤΙ´ΜΟΥ.

Ἐλπίδες ἀνθρώπων, ἐλαφραὶ Θεαί· οὐ γὰρ ἂν ὧδε
Λέσβον ὁ λυσιμελὴς ἀμφεκάλυψ' Ἀΐδης,
Ὅς ποτε καὶ βασιλῆϊ συνέδραμε, καὶ μετ' ἐρώτων·
Χαίρετε κουφόταται Δαίμονες ἀθανάτων.
Αὐλοὶ δ' ἄφθεγκται, καὶ ἀπενθέες, οἵ σ' ἐνέπουσι
Κεῖσθ'· ἐπεὶ οὐκ ᾠδὰς, οὐ χόρον οἶδ' Ἀχέρων.

ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ.

Τί στοχασώμεθά σου, Πεισίστρατε, Χῖον ὁρῶντες
Γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον;
Ἦ ῥά γε μὴν ὅτι Χῖος; ἔοικε γάρ. ἢ ῥ' ὅτι παίκτας
Ἦσθά τις; οὐ λίην δ' ὦ 'γαθὲ, πλειστοβόλος.
Ἢ τὰ μὲν οὐδὲ σύνεγγυς, ἐν ἀκρήτῳ δὲ κατέσβης
Χίῳ; καὶ δοκέω, τῷδε προσηγγίσαμεν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾽ΤΟΥ͂.

Μνήμης Εὐβούλοιο σαόφρονος, ὦ παριόντες,
Πίνωμεν· κοινὸς πᾶσι λιμὴν Ἀΐδης.

ἈΛΕΞΑ´ΝΔΡΟΥ.

Ἄνθρωπ' οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ γὰρ ἀνδρὸς
Χερνήτεω· μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.

ΣΙΜΩΝΙ´ΔΟΥ,
Εἰς Γοργίππου ἐπιτύμβιον.

Οὐκ ἐπιδὼν νύμφεια λέχη, κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

KAΛ-

XVIII. Diotimi,
Athenienſis, Diopithis filii.

Spes hominum, vere fallacia numina: ni ſint,
Non ita nunc Lesbum Dis ferus abriperet:
Lesbum praecipuo quem rex ardebat amore.
Ite leves nobis ah procul ite Deae.
Tibia crudelis juſſit te, Lesbe, jacere.
Namque Acheron nec amat carmina, nec choreas.

XIX. Leonidae Tarentini.

Eſſe quid hoc dicam, Chio, Piſiſtrate, jactu
Aſpicio talum quod tua buſta ſuper:
An quod Chius eras? facile hoc quis crederet. an quod
Luſor eras? at non alea fauſta tibi.
An procul haec abeunt, Chii ſed copia vini
Te merſit? verum nos tetigiſſe puto.

XX. Ejusdem.

Sobrius Eubulus jacet hic, jaceatque. bibamus
Nos alii. cunctis ad *Styga* portus erit.

XXI. Alexandri.

Non habet hic Croeſum, ſed habet de plebe Quiritem
Exiguus tumulus, ſed ſatis ille mihi.

XXII. Simonidae,
ſepulchrale Gorgippo.

Gorgippus thalami fugiens, a quo fuga nulla eſt,
It thalamum flavae viſere Perſephones.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Κύζικον ἢν ἔλθῃς, ὀλίγος πόνος Ἵππακον εὑρεῖν,
Καὶ Διδύμην· ἀφανὴς οὔτι γὰρ ἡ γενεή.
Καί σφιν ἀνηρὸν μὲν ἐρεῖς ἔπος, ἔμπα δὲ λέξον,
Τοῦθ', ὅτι τὸν κείνων υἱὸν ἔχω Κριτίαν.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Ἦ ῥ' ὑπὸ σοὶ Χαρίδας ἀναπαύεται; εἰ τὸν Ἀρίμμα
Τοῦ Κυρηναίου παῖδα λέγεις, ὑπ' ἐμοί.
Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἱ δ' ἄνοδοι, τί;
Ψεῦδος. ὁ δὲ Πλούτων; μῦθος. ἀπωλόμεθα.
Οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός· εἰ δὲ τὸν ἡδὺν
Βούλει, Πελλαίου βοῦς μέγας εἰς Ἀΐδην.

ΔΑΜΑΓΗ'ΤΟΥ.

Πρὸς Ζηνὸς ξενίου γουνούμεθα, πατρὶ Χαρίνῳ
Ἄγγειλον Θήβην, ὦ 'νερ, ἐπ' Αἰολίδα,
Μῆνιν καὶ Πολυνίκον ὀλωλότε· καὶ τόδε φαίης,
Ὡς οὐ τὸν δόλιον κλαίομεν ἄμμι μόρον,
Καίπερ ὑπὸ Θρηκῶν φθίμενοι χερὸς, ἀλλὰ τὸ κείνου
Γῆρας, ἐν ἀργαλέῃ κείμενον ὀρφανίῃ.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Τίς Δαίμων Ἀργεῖος ἐπ' ἠρίῳ; ἦ ῥα σύναιμος
Ἐστὶ Δικαιοτέλευς; ἐστὶ Δικαιοτέλευς.
Ἠχὼ τοῦτ' ἐλάλησε πανύστατον. ἦ τόδ' ἀληθές;
Κεῖνος ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ; κεῖνος ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ.

XXIII. Callimachi.

Hippacon & Didymon, venias ſi Cyzicon urbem,
Quaere precor: clarum monſtrat utrumque genus.
Dices triſte quidem, ſed dic, rogo: filius illis
Qui fuerat Critias, hunc ego nunc habeo.

XXIV. Ejusdem.

An ſitus hic Charidas? tibi ſi qui natus Arimma
Patre Cyrenaeo quaeritur, hic ſitus eſt.
Infera quid Charida? tenebrae. ſurſumne reditur?
Nugae. quid Pluto? fabula. vita perit.
Haec tibi vera loquor. Sed mavis ſuavia: magnus
Pellaei campis bos it in Elyſiis.

XXV. Damageti.

Aeoliden Theben venias ſi forte, Charino,
Dic patri, ſic te Juppiter, hoſpes, amet:
Occidimus Menis ſimul & Polynicus: & adde:
Non adeo nobis mors inopina dolet,
Quamquam hominum fecere manus, quam quod gravis aetas
Illius in ſaevis luctibus orba gemit.

XXVI. Leonidae Alexandrini.

Diva, quis Argivus tumulum tenet? an, rogo, frater
Ille Dicaeotelus? ille Dicaeotelus.
Haec Echo nobis ſonat ultima: dic age, rurſum
Ille vir hic ſitus eſt? ille vir hic ſitus eſt.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀγχίτοκον Σάτυρον Ἀΐδας λάχε, Σιδονία δὲ
Κρύψε κόνις, πάτρα δ᾽ ἐστονάχησε Τύρος.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ,

Εἴς τινα λεγόμενον Ἀστέρα.

Ἀστέρας εἰσάθρεις Ἀστὴρ ἐμός, εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Ἄλλο.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
Νῦν δὲ, θανὼν, λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

οἱ δὲ, ΝΕΡΩΝΟΣ.

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.
Οὐδὲν μέλει μοι· τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Πάντα Χάρων ἄπληστε, τί τὸν νέον ἥρπασας αὔτως
Ἄτταλον; οὐ σὸς ἔην, κ᾽ εἰ θάνε γηραλέος;

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Οὐκ ἀπεδήμησας τιμῆς χάριν, ἀλλὰ τελευτῆς·
Καὶ χωλός περ ἐὼν, ἔδραμες εἰς Ἀΐδην,
Γέσσιε, μοιράων τροχαλώτερε. ἐκ προκοπῆς γὰρ
Ἧς εἶχες κατὰ νοῦν, ἐξεκόπης βιότου.

TOY,

XXVII. Incerti.

Orcus habet Satyrum natum prope. Sydonis illum
Terra tegit; luget patria terra Tyrus.

XXVIII. Platonis,
in eum qui Stella vocatur.

Stella vides coeli ſtellas meus, o ego coelum
Si ſim, quo te oculis pluribus adſpiciam.

XXIX. Alterum.

Stella meus vivis fulgebas lucifer ante,
Nunc apud infernos Heſperus es populos.

XXX. Incerti,
ut quidam volunt, Neronis.

Me terra cineri miſceatur mortuo,
Nil illud ad me: res habent bene ſe meae.

XXXI. Bianoris.

Inſatiate Charon juvenem cur Attalon aufers?
Non tuus ille, ſenex ſi moreretur, erat?

XXXII. Palladae Alexandrini.

Dum peregre es mortem reperis, inhiator honorum,
Et cito tam claudò tanta peracta via eſt.
Profectus ſtudiis ad regna inferna profectus
Es, Geſſi, Parcae parcere cum cuperent.

XXXIII.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

εἰς τὸν αὐτόν.

Γέσσιος οὐ τέθνηκεν ἐπειγόμενος παρὰ μοίρης·
Αὐτὸς τὴν μοῖραν προὔλαβεν εἰς Ἀΐδην.

ἌΔΗΛΟΝ.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις,
Πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων.
Καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον σοι ἀνεστήριξεν ἐλαίης,
Πολλάκι καὶ Βρομίου κλήμασιν ἠγλάϊσεν,
Καὶ Δηοῦς ἔπλησε, καὶ ὕδατος αὔλακας ἕλκων,
Θῆκε μὲν εὐλάχανον, θῆκε δ' ὀπωροφόρον.
Ἀνθ' ὧν σὺ πρηεῖα κατὰ κροτάφου πολιοῖο
Κεῖσο, καὶ εἰαρινὰς ἀνθοκόμει βοτάνας.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πώλιτα, τλῆθι πένθος, εὔνασον δάκρυ.
Πολλαὶ θανόντας εἶδον υἱέας μητέρες,
Ἀλλ' οὐ τοιούτους τὸν τρόπον καὶ τὸν βίον,
Οὐ μητέρων σέβοντας ἡδίστην θεάν.
Τί περισσὰ θρηνεῖς; τί δὲ μάτην ὀδύρεαι;
Εἰς κοινὸν ᾅδην πάντες ἥξουσι βροτοί.

ΜΑ'ΡΚΟΥ ἈΡΓΕΝΤΑΡΙ'ΟΥ.

Ψύλλος ὁ τὰς ποθενὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
Πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
Οὗτος ὁ θηρεύων ἁπαλόφρονας, ἐνθάδε κεῖται,
Αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος.

Ἀλλὰ

XXXIII. Ejusdem, *de eodem.*

Geſſius occubuit, non fato tractus ad Orcum;
Dum properat, fatum traxerat ipſe ſuum.

XXXIV. Incerti.

Multa laboravit qui nuper Amyntichus in te,
Extinctum placido terra reconde ſinu.
Nunc te Palladiae decorabat frondis honore,
Nunc circum vites brachia lenta dabat.
Addidit & Cererem, rivosque & flumina ducens,
Hinc olus, hinc fecit ſurgere poma tibi.
Redde vicem, capitique velis incumbere cano
Lenis, & e tumulo gignere veris opes.

XXXV. Incerti.

Politta, ſiſte lachrymas, luctus preme:
Videre multae liberos raptos nece.
At non, ut ille, moribus vitae probos,
Vultum colentes matris inſtar numinis.
Quid inane torques temet, & fruſtra gemis?
Vorago cunctos una mortales manet.

XXXVI. Marci Argentarii.

Pſyllus amatrices toties qui miſerat emptas
Ad juvenum vino laeta ſodalitia,
Hic jacet, incautas qui circumſcribere mentes
Norat, & inde lucrum turpe parare ſibi.

Ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε,
  Μήτ' ἄλλον πείσῃς· σῆμα λέλογχε νέκυς.
Φεῖσαι δ' οὐχ ὅτι κέρδος ἐπήνεσεν, ἀλλ' ὅτι κοινὰς
  Θρέψας, μοιχεύειν οὐκ ἐδίδαξε νέους.

ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Χείματος οἰνωθέντα τὸν Ἀνταγόρεω μέγαν οἶκον
  Ἐκ νυκτῶν ἔλαθε πῦρ ὑποτειμάμενον·
Ὀγδώκοντα δ' ἀριθμὸν ἐλεύθερα ἄμμιγα δούλοις
  Τῆς ἐχθρῆς ταύτης πυρκαϊῆς ἔτυχον.
Οὐδ' εἶχον διελεῖν προσκηδέες ὀστέα χωρίς·
  Ξυνὴ δ' ἡ κάλπις, ξυνὰ δὲ τὰ κτέρεα·
Εἷς καὶ τύμβος ἀνέστη. ἀτὰρ τὸν ἕκαστον ἐκείνων
  Οἶδε καὶ ἐν τέφρῃ ῥηϊδίως Ἀΐδης.

ἌΔΗΛΟΝ.

Τὴν σορὸν, ἣν ἐσορᾷς, ζῶν Μάξιμος αὐτὸς ἑαυτῷ
  Θῆκεν, ὅπως ναίῃ παυσάμενος βιότου.
Σύν τε γυναικὶ Καληποδίῃ τεῦξεν τόδε σῆμα,
  Ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κἀν φθιμένοισιν ἔχῃ.

ἌΔΗΛΟΝ.

Νηλεὲς ὦ Δαῖμον, τί δέ μοι τόδε φέγγος ἔδειξας
  Εἰς ὀλίγων ἐτέων μέτρα μινυνθάδια;
Ἢ ἵνα λυπήσῃς δι' ἐμὴν βιότοιο τελευτὴν
  Μητέρα δειλαίην δάκρυσι καὶ στοναχαῖς;
Ἥ μ' ἔτεκ' ἤματι τῷδε, καὶ ἡ πολὺ μείζονα πατρὸς
  Φροντίδα παιδείης ἤνυσεν ἡμετέρης.

Οὐ

Ne tamen in tumulum lapides jaculare, viator,
Nec fieri jubeas. res reverenda cinis.
Parce rogo; quaeſtum fecit: ſed publica praebens
Gaudia, materiam demſit adulteriis.

XXXVII. Theaeteti.

Antagorae cum tota foret domus ebria, menſe
Saturni, tignis incidit ignis edax.
His octo decies perierunt corpora flammis,
Libera pars, famulo pars onerata jugo.
Indiſcreta pii legerunt oſſa propinqui:
Confuſis unum funus & urna fuit.
Unus & eſt tumulus. valet internoſcere ſolus
Orcus, & hoc cineris, dicere cuique, tuum eſt.

XXXVIII. Incerti.

Hanc, ubi defunctus vita requieſceret olim,
Exſtruxit ſedem Maximus ipſe ſibi,
Uxorique Calepodiae commune ſepulchrum,
Poſt ut et amborum funera vivat amor.

XXXIX. *De Frontone filio Polittae. repertum Cyzici.*

Inclemens o Parca, quid heu mihi lumina vitae
In ſpatia annorum pauca videre dabas?
Hocne tibi libuit miſerae lamenta parenti,
Et longas lachrymas funere ferre meo?
Quae me non genuit prima modo luce, ſed ipſos
Contulit ad mores plus genitore mihi.

Ὃς μὲν γὰρ τυτθόν τε καὶ ὀρφανὸν ἐν μεγάροισι
Κάλλιπεν, ἡ δ' ἐπ' ἐμοὶ πάντας ἔτλη καμάτους.
Ἡ μὲν ἐμοὶ φίλον ἦεν ἐφ' ἁγνῶν ἡγεμονήων
Ἐμπρεπέμεν μύθοις ἀμφὶ δικασπολίας.
Ἀλλά με οὐ γενύων ὑπεδέξατο κούριον ἄνθος
Ἡλικίῃ ἐρατῇ, οὐ γάμον, οὐ δαΐδας,
Οὐχ ὑμέναιον ἄεισε περικλυτὸν, οὐ τέκος εἶδεν
Δυσπότμου γενεῆς λείψανον ἡμετέρης,
Τῆς πολυθρηνήτου· λυπεῖ δέ με καὶ τεθνεῶτα
Μητρὸς Πωλίττης πένθος ἀεξόμενον,
Φρόντωνος γοεραῖς ἐπὶ φροντίσιν· ἣ τέκε παῖδα
Ὠκύμορον, κενεὸν χάρμα φίλης πατρίδος.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

ἌΔΗΛΟΝ.

Βαιὰ φαγὼν, καὶ βαιὰ πιὼν, καὶ πολλὰ νοσήσας,
Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον. ἔῤῥετε πάντες ὁμοῦ.

ΔΙΟΔΩ'ΡΟΥ.

Βάκχῳ καὶ Μούσαισι μεμηλότα τὸν Διοπείθους
Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοὶ, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
Ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν. εἰ δὲ Μένανδρον
Δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ.

Ἠόνιον τόδε σῆμα βροτοῦ παντλήμονος ἄθρει,
Σπαρτὸν ἁλιῤῥαγέων ψυχόμενον σκοπέλων.

Nam pater infantem moriens ſub matre reliquit:
Matris & ex illo cura laborque fui.
Jamque apud eximias, & erat mihi dulce, Curules
Vox aliquam juri noſtra ferebat opem.
At non illa mea laetata eſt meſſe generum,
Non thalamos vidit, legitimasque faces.
Nec laetum cantavit Hymen, Hymenaee, relicta
Nec ſaltem ſoboles ſanguinis ulla mei,
Sanguinis heu flendi. jam ſim licet umbra, parentis
Polittae cruciat me novus ille dolor,
Frontonis veteres luctus ſuper: edidit illa
Gaudia nec patriae nec diuturna ſibi.

XL. Simonidae.

Edi multa, bibi multa, & probra plurima dixi,
Qui ſitus hic nunc ſum, Timocreon Rhodius.

XLI. Incerti.

Edi pauca, bibi minus, aeger plurima vixi,
Vix tandem morior. qui legis haec pereas.

XLII. Diodori.

En ego Cecropidae nati Diopithe Menandri,
Qui cordi Muſis & tibi, Bacche, fuit,
Aſſervo cineres. ipſum ſi forte requiras,
Elyſiae valles aut Jovis aula tenet.

XLIII. Philippi.

Sparſa vides hominis miſeri monumenta per actam:
A ſcopulis jacta quae feriuntur aqua.

Τῇ μὲν ἐρημοκόμης κεῖται καὶ χῆρος ὀδόντων
  Κόρσῃ· τῇ δὲ, χερῶν πενταφυεῖς ὄνυχες,
Πλευρά τε σαρκολιπῆ. ταρσοὶ δ' ἑτέρωθεν ἄμοιροι
  Νεύρων, καὶ κώλων ἔκλυτος ἁρμονίη.
Οὗτος ὁ πουλυμερὴς, εἷς ἦν ποτε, Φεῦ μακαριστοὶ
  Ὅσσοι ἀπ' ὠδίνων οὐκ ἴδον ἠέλιον.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Μυρίος ἦν, ὦ 'νθρωπε, προτοῦ χρόνος, ἄχρι πρὸς ἠῶ
  Ἦλθες, χ' ὡ λοιπὸς μυρίος εἰς Ἀΐδην.
Τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται; ἢ τόσον ὅσσον
  Στιγμὴ, καὶ στιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον;
Μικρή σου ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
  Ἡδεῖ', ἀλλ' ἐχθροῦ στυγνοτέρη θανάτου.
Χειμέριον ζωὴν ὑπαλεύεο· νεῖο δ' ἐς ὅρμον,
  Ὡς κἀγὼ Φείδων ὁ Κρίτου, εἰς Ἀΐδην.

ΠΑΥΛΟΥ.

Δαμόχαρις μοίρης πυμάτην ὑπεδύσατο γαῖαν.
  Φεῦ, τὸ καλὸν Μούσης βάρβιτον ἠρεμέει.
Ὤλετο γραμματικῆς ἱερὴ βάσις ἀμφιρύτη Κῶς,
  Καὶ πάλι πένθος ἔχεις, οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ὦ δύστην' ὄλβοιο Φιλόστρατε, ποῦ σοι ἐκεῖνα
  Σκῆπτρα, καὶ αἱ βασιλέων ἄφθονοι εὐτυχίαι,
Αἷσιν ἐπηώρησας ἀεὶ βίον; ἢ ῥ' ἐπὶ Νείλῳ
  Κεῖσαι Ἰουδαίοις ὢν περίοπτος ὅροις.
Ὀθνεῖοι καμάτους τοὺς σοὺς διεμοιρήσαντο,
  Σὸς δὲ νέκυς ψαφαρῇ κείσετ' ἐν ὀστρακίνῃ·

ΛΕΩ-

Dentibus hic orbum caput eſt, & honore comarum:
  Eſt illic quinis unguibus apta manus.
Aſt alibi ſine carne latus, nervisque ſolutus
  Pes jacet: a toto corpore corpus abeſt.
Tot lacer in partes, unus fuit ante. beati,
  Queis erepta prius quam data vita fuit.

XLIV. Leonidae.

Ante tuos ortus inmenſum transiit aevum,
  Inmenſum, poſtquam tu morieris, erit
Ergo quid ad vitam reſtat de tempore? punctum,
  Aut aliquid puncto ſi minus eſſe poteſt.
Stringitur anguſto ſic aetas limite, dulcis
  Illa nec eſt, ſed habet triſtia morte magis.
Has tempeſtates igitur fuge, & arripe portum,
  Quali ſum tutus nunc ego Phido Critae.

XLV. Pauli.

Damocharis terram fato cogente ſubivit,
  Inclyta Pieridum barbitos illa ſilet.
Grammatices ſacrum columen ruit: aequoreae Co
  Luctus adeſt, olim qualis ob Hippocratem.

XLVI. Crinagorae.

Quo nunc ſceptra tibi, quo clara, Philoſtrate, regum
  Munera, tam largas heu miſer inter opes;
Jactabat ſe vita quibus tua? nunc prope Nilum
  Limite Judaeam reſpiciente jaces.
Gens externa tuos ſibi diviſere labores.
  Relliquias condit ſquallida teſta tuas.

XLVII.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἀρκεῖ μοι γαίης μικρὴ κόνις· ἡ δὲ περισσὴ
"Αλλον ἐπιθλίβοι πλούσια κεκλιμένον
Στήλη, τὸ σκληρὸν νεκρῶν βάρος. οἵ με θανόντα
Γνώσοντ', Ἀλκάνδρῳ τοῦθ' ὅτι Καλλιτέλευς.

ΛΟΛΛΙΟΥ ΒΑ'ΣΣΟΥ.

Γαῖα Ταραντίνων ἔχε μείλιχος ἀνέρος ἐσθλοῦ
Τόνδε νέκυν. ψεῦσται Δαίμονες ἀμερίων.
Ἦ γὰρ ἰὼν Θήβηθεν Ἀτύμνιος, οὐκ ἔτι πρόσσω
Ἤνυσεν, ἀλλὰ τεὴν βῶλον ὑπῳκίσατο,
Ὀρφανικῷ δ' ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον, ὤνιν ἔθηκεν
Ὀφθαλμῶν. κείνῳ μὴ βαρὺς ἔσσο τάφος.

ΚΡΙΝΑΓΟ'ΡΟΥ.

Δείλαιοι, τί κεναῖσιν ἀλώμεθα θαρσήσαντες
Ἐλπίσιν, ἀτηροῦ αἰσθόμενοι βιότου;
Ἦν ὅδε καὶ μύθοισι καὶ ἤθεσι πάντα Σέλευκος
Ἄρτιος, ἀλλ' ἥβης βαιὸν ἐπαυρόμενος,
Ὑστατίοις ἐν Ἴβηρσι. τόσον δίχα τηλόθι Λέσβου
Κεῖται ἀμετρήτων ξεῖνος ἐπ' αἰγιαλῶν.

ΔΙΟΔΩ'ΡΟΥ.

Ἰφθίμῳ τόδ' ἐπ' ἀνδρὶ φίλη πόλις ἤνεσ' Ἀχαιῷ
Γράμμα, παρ' εὐύδρου νάμασιν Ἀσκανίης.
Κλαῦσε δέ μιν Νίκαια. πατὴρ δ' ἐπί οἱ Διομήδης
Λάινον ὑψιφαῆ τόνδ' ἀνέτεινε τάφον,
Δύσμορος, αἰάζων ὀλοὸν κακόν· ἦ γὰρ ἐώκει
Υἱέι ᾧ τίνειν ταῦτα καταχομένῳ.

ΘΕΟ-

XLVII. Leonidae.

Pulveris exiguum ſatis eſt mihi: grandior illos
Gleba tegat, quorum mors quoque monſtrat opes.
Pro cippo (quid onus Manes juvat?) hi mihi, notus
Sum quibus Alcander de patre Callitele.

XLVIII. Lollii Bassi.

Oſſa viri mitis, mitis cape terra Tarenti:
Heu vafros hominum fallere vota Deos!
A Thebis veniens cum vellet Atymnius ire,
Longius in gleba ſubſtitit ecce tua.
Pupillum veluti ſpoliatum luce reliquit;
Hoc grave: tu ſed ei ſis, rogo, terra levis.

XLIX. Crinagorae.

Debita gens morti, mortis tamen immemor, heu, quid
Ex ſpe perpetuum pendula turba ſumus?
Moribus egregius, facunda voce Seleucus,
Cui dedit haud multum pulchra juventa ſui,
A patria Lesbo terris procul hospes Iberis,
Littore in inmenſo flebilis umbra jacet.

L. Diodori.

Quod legis hoc forti populus conſcripſit Achaeo
Carmen, ad Aſcaniae juge madentis aquas.
Huic Nicaea diu lachrymas dedit: At Diomedes
Appoſuit buſto marmora celſa pater.
Oſtentat dum ſe dolor ambitioſus, & iſti,
Qui periit, nato ſe putat iſta dare.

ΘΕΟΔΩΡΙ'ΔΟΥ.

Οὕτω δὴ Πύλιον τὸν Ἀγήνορος, ἄκριτε μοῖρα,
 Πρώϊον ἐξ ἥβης ἔθρισας Αἰολέων,
Κῆρας ἐπισσεύασα βίου κύνας; ὦ πόποι, ἀνὴρ
 Οἷος ἀμειδήτῳ κεῖται ἕλωρ Ἀΐδῃ.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἠρίον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοιο καλύπτεις
 Ὀστέον, οἵαν, γᾶ, ἀμφέχανες κεφαλὴν,
Πολλαῖς μὲν ξανθαῖσιν ἀρεσκομένην χαρίτεσσιν,
 Πολλὸν δὲ μνήμῃ πᾶσιν Ἀριστοκράτευς.
Ἤδει Ἀριστοκράτης καὶ μείλιχα δημολογῆσαι,
 Στρεβλὴν οὐκ ὀφρῦν ἐσθλὸς ἐφελκόμενος.
Ἤδει καὶ Βάκχοιο παρὰ κρητῆρος ἄδηριν
 Ἰθῦναι κοινὴν εὐκύλικα λαλίην·
Ἤδει καὶ ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι προσηνέα
 Ἔρδειν. γᾶ ἐρατὰ, τοῖον ἔχεις φθίμενον.

ΠΕ'ΡΣΟΥ.

Μαντιάδης, ὦ ξεῖνε, καὶ Εὔστρατος, υἷες Ἐχέλλου,
 Δυμαῖοι Κραναῇ κείμεθ' ἐνὶ ξυλόχῳ,
Ἄγραυλοι, γενεῆθεν ὀρειτύποι. οἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ,
 Μηνυταὶ τέχνης, δρυοτόμοι πελέκεις.

ΜΕΛΕΑ'ΓΡΟΥ.

Εἰπὸν ἀνειρομένῳ, τίς, καὶ τίνος, ἐσσί; Φίλαυλος
 Εὐκρατίδεω. Ποδαπὸς δ' εὔχε' ἔμεν; Θριασεύς.
Ἔζησας δὲ τίνα στέργων βίον; Οὐ τὸν ἀρότρου,
 Οὐδὲ τὸν ἐκ νηῶν, τὸν δὲ σοφοῖς ἕταρον.

LI. Theodoridae.

Siccine in Aeolion, Pylius quem ſevit Agenor,
  Parca tuos juvit te ſtimulare canes,
Morborum mala ſaeva, quibus diſcerpta juventa eſt?
  Nunc Diti praeda eſt: at modo quantus erat?

LII. Leonidae.

Qualia perpetuis tenebris tegis oſſa, ſepulchrum?
  Hauſerunt terrae viſcera quale caput?
Quod coma flaventi circum velabat amictu,
  Aeternum meriti nomen, Ariſtocratis.
Norat Ariſtocrates populum mulcere loquendo,
  Non tetricus torta nube ſupercilii.
Norat & ad calices hilarantia verba profari,
  Et miſcere ſales, & ſine felle jocos.
Norat & hospitibus dare ſe pariterque benignum
  Civibus: ah pectus quale recondit humus!

LIII. Persae Thebani.

Dymaei, nemore in Cranao duo patris Echellae
  Euſtratus hic poſiti Mantiadesque ſumus.
Arboribus ſoliti montes viduare: ſecures
  In tumulo noſtri ſigna laboris habent.

LIV. Meleagri.

Dic mihi quaerenti, quis es, & quo patre? Philaulus
  Eucratide; cujus es genus? e Thriaſis.
At quae vita tibi placuit? non vomeris unci,
  Non ratium, doctis ſed comes illa viris.

 Mor-

Γήραϊ δ' ἢ νούσῳ βίον ἔλλιπες; Ἤλυθον ᾅδαν
Αὐτοθελεὶ, κείνων γευσάμενος κυλίκων.
Ἦ πρέσβυς; Καὶ κάρτα. Λάβοι νύ σε βῶλος ἐλαφρὰ,
Σύμφωνον πινυτῷ σχόντα λόγῳ βίοτον.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Τίς ποτ' ἄρ' εἶ; τίνος ἄρα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα,
Τλῆμον' ἐν ἡμιφαεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει;
Μνῆμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν ἀμαξεύοντος ὁδίτεω,
Ἄξονι καὶ τροχιῇ λιτὰ παραξέεται.
Ἤδη σου καὶ πλευρὰ παρατρίψουσιν ἅμαξαι,
Σχέτλιε, σοὶ δ' οὐδεὶς οὐδ' ἐπὶ δάκρυ βαλεῖ.

ΘΕΟΔΩΡΙ'ΔΟΥ.

Πέτρος ἐγὼ τοπάλαι γυρὴ, καὶ ἄτριπτος ἐπιβλὴς,
Τὴν Ἡρακλείτου ἔνδον ἔχων κεφαλήν.
Αἰὼν μ' ἔτριψε κροκάλαις ἴσον. ἐν γὰρ ἀμάξῃ
Παμφόρῳ αἰζηῶν εἰνοδίη τέταμαι.
Ἀγγέλλω δὲ βροτοῖσι, καὶ ἄστηλός περ ἐοῦσα,
Θεῖον ὑλακτητὴν δήμου ἔχουσα κύνα.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἤδη μευ τέτριπται ὑπεκκεκαλυμμένον ὀστεῦν,
Ἁρμονίης ὦ 'νερ πλάξ τ' ἐπικεκλιμένη.
Ἤδη καὶ κωλῆνες ὑπὲκ σοροῦ αὐγάζονται
Ἡμετέρης· τί πλέον γῆν ἐπιεννύμεθα;
Ἡ γὰρ τὴν οὕτω πρηνῆ ὁδὸν ἐτμήξαντο
Ἄνθρωποι, κατ' ἐμῆς νεισσόμενοι κεφαλῆς.
Ἀλλὰ πρὸς ἐγγαίων, Ἀϊδωνέος, Ἑρμεία τε,
Καὶ Νυκτὸς, ταύτης ἐκτὸς ἴτ' ἀτραπιτοῦ.

Morbis an ſenio finis tibi? ſponte receſſi
  E vita potans. ſcis puto quos calices.
Jamque ſenex? valde. tellus bona ſit tibi; dignam
  Sumſiſti vita qui ſapiente necem.

LV. Leonidae.

Unde, quis es, cujus miſeri, qua fert iter, oſſa
  Ante oculos arca ſemipatente jacent?
Dum nimis expoſitum plauſtris rhedisque ſepulchrum
  Atteritur, ſemper praetereunte rota,
Jam veniet, miſerande, tuum qui conterat axis,
  Nemine vel lachrymas contribuente, latus.

LVI. Theodoridae.

Saxeus orbis eram, minima nec parte minutus,
  Hic Heracliti cum poſuere caput.
At nunc littoreis ſum tritior ecce lapillis,
  Quippe juventutis me rota multa premit.
Cippus abeſt. aliquid moneo tamen utile, pro me
  Nam loquitur, populum qui latrat, iſte canis.

LVII. Leonidae.

Non lapis incumbens tantum, ſed & oſſa ſoluta
  Sunt mihi, compages undique diſſiliit.
Aſpicienda patent nudato crura ſepulchro:
  Compoſitos terra quid juvat ergo tegi?
Nam pronam ſecuere viam veſtigia, nunquam
  Ceſſarunt ſupra quae caput ire meum.
Per, rogo, Mercurium, Ditemque, & regna profundae
  Noctis, ab hac, aliquis ſi pudor, ite via.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙ'ΔΟΥ.

Βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβου πολιὰ κρίνα, καὶ τὰ συνήθη
 Τύμπαν' ἐπὶ ϛήλη ῥήσσετ' Ἀνξιμένους.
Καὶ περιδινήσασθε μακρῆς ἀνελίγματα χαίτης,
 Στρυμονίην ἄφετοι Θυάδες ἀμφὶ πόλιν.
Ἣ γλυκερὰ πνεύσαντος ἐφ' ὑμετέροισιν ἀδάπταις,
 Πολλάκι πρὸς μαλακοὺς τοῦδ' ἐχόρευσε νόμους.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Αὐτὰ ἐπὶ Κρήθωνος ἐγὼ λίθος, οὔνομα κείνου
 Δηλοῦσα· Κρήθων δ' ἐν χθονίοις σποδιά.
Ὁ πρὶν καὶ Γύγῃ παρισεύμενος ὄλβον, ὁ τοπρὶν
 Βουπάμμων, ὁ πρὶν πλούσιος αἰπολίοις,
Ὁ πρὶν (τί πλείω μυθεῦμ') ἐπὶ πᾶσι μακαρτὸς,
 Φεῦ, οὗτος γαίης ὅσσον ἔχει μόριον.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον, ἡνίκα καὶ σὲ,
 Χάρμι, τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
Τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν; οὐδὲν ἐκείνου
 Εἶδε πατὴρ Διοφῶν χρῆμ' ἀνιηρότερον.

ΦΑΝΙ'ΟΥ.

Ἠρίον οὐκ ἐπὶ πατρὶ, πολυκλαύϛῳ δ' ἐπὶ παιδὶ
 Λῦσις ἔχων, κενεὴν τήνδ' ἀνέχωσε κόνιν,
Οὔνομα ταρχύσας· ἐπεὶ οὐχ ὑπὸ χεῖρα τοκήων
 Ἤλυθε δυϛήνου λείψανα Μαντιθέου.

'AN-

LVIII. Dioscoridae.

Alba ſuper tumulum date lilia; frangite juxta
Tympana, quae dederant nomen Anaximeni:
Et per Strymoniam furiatae Thyades urbem
Enthea demiſſis colla rotate comis.
Saepe etenim viſa eſt veſtras imitata choreas
Illius ad dulces membra movere modos.

LIX. Leonidae.

Incumbens Crethona ſuper lapis, indico nomen
Illius, ipſe nihil Cretho niſi cinis eſt.
Qui modo Pactoli Gygen aequabat arenis,
Dives & armentis lanigeroque grege,
Et ne multa loquar, felix ſuper omnia, terrae
Quantillum ex quanto nunc habet ille ſuum?

LX. Callimachi.

Fata, quis eſt hominum, novit qui craſtina, Charmi?
Si te, quem populus vidimus omnis heri,
Nunc flemus terraeque damus: nil tempore tanto
Aſpexit Diophon tam ſibi triſte pater.

LXI. Phaniae.

Non patri, ſed quae magis eſt vis flenda, ſepulchrum
Hoc nato Lyſis ſtruxit inane ſuo.
Nominis eſt tumulus. nam non habuere parentes
Quod poſſent miſeri condere Mantithei.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Κυλλήνην ὄρος Ἀρκάδων ἀκούεις·
Αὕτη σῆμ' ἐπίκειτ' Ἀπολλοδώρῳ.
Πίσηθέν μιν ἰόντα νυκτὸς ὥρῃ
Ἔκτεινεν Διόθεν πεσὼν κεραυνός.
Τηλοῦ δ' Αἰγανέης τε καὶ Βεροίης
Νικηθεὶς Διὸς ὁ δρομεὺς καθεύδει.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Ζ'.

Εἰς Ἀρχαίους τινάς.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ,

Εἰς Κανδαύλην.

Κανδαύλου τόδε σῆμα. Δίκη δ' ἐμὸν οἶτον ἰδοῦσα
Οὐδὲν ἀλιτραίνειν τὴν παράκοιτιν ἔφη.
Ἤθελε γὰρ δισσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσι μηδὲ φανῆναι,
Ἀλλ' ἢ τὸν πρὶν ἔχειν, ἢ τὸν ἐπιστάμενον.
Ἦν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν. οὐ γὰρ ἂν ἔτλη
Δεῖξαι τὴν ἰδίην ὄμμασιν ἀλλοτρίοις.

Εἰς Σαρδανάπαλον.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε,
Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι σοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τερπν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισι.

Εἰς

LXII. Antipatri.

Cyllene tibi notus Arcadum mons
Totus pro tumulo eſt Apollodoro.
Piſis per tenebras iter capeſſens
Coeleſti cecidit crematus igne,
Longeque Aeganea, procul Beroea,
Curſor jam cubat a Jove occupatus.

TITULUS VII.

De Antiquis quibusdam.

I. Agathiae,
de Candaule.

Candaules ſitus hic ego ſum, mea funera cernens
Juſtitia uxorem crimen habere negat.
Noluit illa viris noſci ſine veſte duobus,
Sed vel habere ſuum, vel cui viſa fuit.
At niſi Candaulen ageret Deus ultor, amores
Spectandos aliis non daret ipſe ſuos.

II. *De Sardanapalo.*

Mortalis memor eſſe, tuo da gaudia cordi,
Et genium placa. nil utile luce carenti.
Ipſe ego ſum cinis ecce, Nini qui ſceptra tenebam.
Quae luſi, queis paſtus ego, quaeque inter amores
Laeta tuli, mea ſunt: illa inclyta cetera, fumi.
Haec adeo eſt ſapiens humanae regula vitae.

Εἰς Νιόβην.

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον,
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Μοῦναι σὺν τέκνοις νεκυοστόλε δέξο με πορθμεῦ,
  Τὰν λάλον. ἀρκεῖ σοι φόρτος ὁ Ταντάλιδος.
Πληρώσει γαστὴρ μία σὸν σκάφος· εἴσιδε κούρους
  Καὶ κούρας, Φοίβου σκῦλα καὶ Ἀρτέμιδος.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Πέτρος ἔτ' ἐν Σιπύλῳ Νιόβη, θρήνοισιν αἰάζει,
  Ἑπτὰ δὶς ὠδίνων μυρομένη θάνατον.
Λήξει δ' οὐδ' αἰῶνι γόου. τί δ' ἀλαζόνα μῦθον
  Φθέγξατο, τὸν ζωῆς ἅρπαγα καὶ τεκέων;

ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς Ἡρὼ καὶ Λέανδρον.

Οὗτος ὁ Λειάνδροιο διάπλοος, οὗτος ὁ πόντου
  Πορθμὸς, ὁ μὴ μούνῳ τῷ φιλέοντι βαρύς.
Ταῦθ' Ἡροῦς τὰ πάροιθεν ἐπαύλια. τοῦτο τὸ πύργου
  Λείψανον· ὁ προδότης ὧδ' ἐπέκειτο λύχνος.
Κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει τάφος, εἰσέτι καὶ νῦν
  Κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμφομένους ἀνέμῳ.

III. *De Niobe.*

Vides ſepulchrum quod caret cadavere,
Simul cadaver inſepultum conſpicis.
Sed quod ſepulchrum eſt, quod cadaver, eſt idem.

IV. Antipatri,
de eadem.

Portitor umbrarum ſolam cum prole loquacem
Me cape: fert oneris Tantalis una ſatis.
En natos ſpolium Phoebi, natasque Dianae:
Ex utero noſtro plena carina tua eſt.

V. Leonidae Alexandrini,
de eadem.

Jam lapis in Sipylo Niobe non ceſſat & illic
Flere, bis heu ſeptem partubus orba parens.
Nulla dies luctum claudet. Cur? verba ſuperba
Protulit, & vita quae luit & ſobole.

VI. Antipatri,
de Era & Leandro.

Pontus hic eſt toties Leandro nocte natatus,
Non ſolus ſaevum quem ſibi ſenſit amans.
Erûs formoſae domus haec. quae rudera cernis,
Inſida fulgens haec face turris erat.
Ambo ſed hoc uno tumulati marmore, de te
Nunc quoque non ceſſant, improbe vente, queri.

ΜΕΛΕΑ΄ΓΡΟΥ,

Εἰς Δάφνιν.

Οὐκ ἔθ᾽ ὁμοῦ χιμάροισιν ἔχειν βίον, οὐκ ἔτι ναίειν
 Ὁ τραγόπους ἐθέλω Πὰν ὀρέων κορυφάς.
Τί γλυκύ μου, τί ποθεινὸν ἐν οὔρεσιν; ὤλετο Δάφνις,
 Δάφνις, ὃς ἡμετέρῃ πῦρ ἔτεκε κραδίῃ.
Ἄστυ τόδ᾽ οἰκήσω· θηρῶν δέ τις ἄλλος ἐπ᾽ ἄγρην
 Στελλέσθω. τὰ πάροιθ᾽ οὐκ ἔτι Πανὶ φίλα.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον.

Ἐνθάδ᾽ ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι.
Οὔνομα δ᾽ οὐ πεύσησθε· κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

ΛΕΩΝΙ΄ΔΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τὴν ἐπ᾽ ἐμεῦ στήλην παραμείβεο, μήτ᾽ ἐμὲ χαίρειν
 Εἰπὼν, μήθ᾽ ὅστις, μὴ τίνος ἐξετάσας.
Ἢ μὴ, τὴν ἀνύεις, τελέσαις ὁδόν. ἢν δὲ παρέλθῃς
 Σιγῇ, μηδ᾽ οὕτως ἣν ἀνύεις τελέσαις.

ΠΤΟΛΕΜΑΙ΄ΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μὴ πόθεν εἰμὶ μάθῃς, μηδ᾽ οὔνομα· πλὴν ὅτι θνήσκειν
 Τοὺς παρ᾽ ἐμὴν στήλην ἐρχομένους ἐθέλω.

ΚΑΛ-

VII. Meleagri,

de Daphnide.

Vivere cum capris non jam mihi dulce, nec ultra
  In ſummis cupio, Pan, habitare jugis.
Nam quid ſuave dabunt montes mihi? Daphnis obivit,
  Daphnis in hoc noſtro pectore primus amor.
Urbs habitanda mihi, venatum quae velit ibit
  Bellua, nulla placent quae placuere prius.

VIII. Incerti,

in Timona hominibus inimicum.

Hic ſitus abrupta vita infelice quieſco:
Nomen ne rogitate: malos Di vos male perdant

IX. Leonidae,

de eodem.

Hunc tumulum transi, nec me vel voce ſaluta:
  Nec me quis fuerim, quo genitore, roga.
Sin, ne propoſitum peragas iter, at taciturnus
  Si transibis, iter ſic quoque ne peragas.

X. Ptolemaei,

de eodem.

Unde ego non diſces, nec quo ſim nomine: ſed quod,
  Hunc tumulum quisquis praeterit, opto mori.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσὶ) τί τοι φάος, ἢ σκότος ἐχθρόν;
Τὸ σκότος. ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν Ἀΐδῃ.

ἩΓΗΣΙ'ΠΠΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὀξεῖαι πάντη περὶ τὸν τάφον εἰσὶν ἄκανθαι,
Καὶ σκόλοπες. βλάψεις τοὺς πόδας, ἢν προσίῃς.
Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω. ἀλλὰ πάρελθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλά· πάρελθε μόνον.

ΖΗΝΟΔΟ'ΤΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τρηχείην κατ' ἐμεῦ, ψαφαρὴ κόνι, ῥάμνον ἑλίσσοις
Πάντοθεν, ἢ σκολιῆς ἄγρια κῶλα βάτου.
Ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι
Ἴχνος, ἐρημάζω δ' ἥσυχα κεκλιμένος.
Ἦ γὰρ ὁ μισάνθρωπος, ὁ μηδ' ἀστοῖσι φιληθεὶς
Τίμων, οὐδ' Ἀΐδι γνήσιός εἰμι νέκυς.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μὴ χαίρειν εἴπῃς με, κακὸν κάρα, ἀλλὰ πάρελθε·
Ἶσον ἐμοὶ χαίρειν ἐστὶ, τὸ μὴ σὲ γελᾶν.

ἈΔΗ-

XI. Callimachi,

de eodem.

Mortue dic Timon, lux diſplicet, an tenebrae plus?
Plus tenebrae, veſtrum pars quia major ibi eſt.

XII. Hegesippi,

de eodem.

Hunc circa tumulum ſurgunt ſpinaeque ſudesque,
Si prope ſis, referes ſaucius inde pedem.
I procul hinc: Timon moror hic mortalibus hoſtis,
Meque jube, ſi vis, flere. ſed i procul hinc.

XIII. Zenodoti,

de eodem.

Funde truces ſpinas hinc atque hinc ſqualida tellus,
Horrenteſque ſuper noſtra ſepulchra rubos:
Ne vel avis ponat levis hic veſtigia verno
Tempore, ſed ſegrex & ſine teſte cubem.
Ille ferus ſum Timo, meis quoque civibus hoſtis,
Nec Dis ipſe putat nunc ſatis eſſe ſuum.

XIV. Callimachi,

de eodem.

Improbe praeter abi, nec ave mihi dicere cura.
Si tu non rides, hoc ſat avere mihi eſt.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ νέκυς ὢν, Τίμων ἄγριος· σὺ δὲ, δεινὲ πυλωρὲ
Πλούτωνος τάρβει Κέρβερε μή σε δάκῃ.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὅς τις μὲ τριόδοισι μέσαις τάρχυσε θανόντα,
Λυγρὰ παθὼν, τύμβου μηδ' ὀλίγοιο τύχοι.
Πάντες ἐπεὶ Τίμωνα νέκυν καλέουσιν ὁδῖται,
Καὶ μόρος ἄμμι μόνοις ἄμμορος ἡσυχίης.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙΟΥ,

Εἰς τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον.

Μυρία τοι, Πτολεμαῖε, πατὴρ, ἐπὶ μυρία μάτηρ
Τειρομένα. θαλεροὺς ἠκίσατο πλοκάμους.
Πολλὰ τιθηνητὴρ ὀλοφύρατο, χερσὶν ἀμήσας
Ἀνδρομάχοις δνοφερὰν κρατὸς ὕπερθε κόνιν.
Ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑαν͂ δάψατο χαίταν,
Καὶ πλατὺς Εὐρώπης ἐςονάχησε δόμος.
Καὶ δ' αὐτὰ διὰ πένθος ἀμαυρωθεῖσα Σελάνα
Ἄςρα καὶ οὐρανίας ἀτραπιτοὺς ἔλιπεν.
Ὤλεο γὰρ διὰ λοιμὸν ὅλας θοινήτορα χέρσου,
Πρὶν πατέρων παρᾶ σκᾶπτρον ἑλεῖν παλάμᾳ.
Οὐδέ σε νὺξ ἐκ νυκτὸς ἐδέξατο. δὴ γὰρ ἄνακτας
Τοίους οὐκ Ἀΐδης, Ζεὺς δ' ἐς ὄλυμπον ἄγει.

ʽΟΜΗ-

XV. Incerti,

de eodem.

Timon, umbra licet, ferus eſt: tu janitor Orci
Cerbere, ne morſu te petat ille, cave.

XVI. Juliani, Consularis,

de eodem.

Quicumque ille, viam qui me ſepelivit ad ipſam,
Sit miſer, & nulla parte tegatur humi.
Luce carens Timon appellor ab omnibus, & ſors
Una quieſcentum noſtra quiete caret.

XVII. Antipatri, Sidonii,

de Rege Ptolemaeo.

Plurima te, Ptolemaee, pater, te plurima mater
Deflevit, teneras dilacerata comas.
Altor at ille tuus ſparſit ſibi pulvere multo
Saepe coronatum Martis honore caput.
Vulſit & Aegyptus latitantes veſte capillos,
Europae ſonuit planctibus ampla domus.
Ipſa etiam triſtem teſtans caligine luctum
Sidera deſeruit Luna polique viam.
Peſtis te rapuit populum depaſta, priusquam
Acciperes juveni ſceptra paterna manu.
Non a nocte tamen te nox manet altera. Reges
Non Orcus tales ſed Jovis aula vocat.

ὉΜΗ'ΡΟΥ.

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·
Εὖτ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύςῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

ΛΙΒΑΝΙ'ΟΥ.

Εἰς Ἰουλιανόν.

Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάῤῥοον ἐνθάδε κεῖται,
Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

ΓΑΙΤΟΥΛΙ'ΟΥ.

Παίδων Μηδείης οὗτος τάφος, οὓς ὁ πυρίπνους
Ζῆλος τῶν Γλαύκης θῦμ' ἐποίησε γάμων.
Οἷς αἰεὶ πέμπει μειλίγματα Σισυφὶς αἶα,
Μητρὸς ἀμειλίκτου θυμὸν ἱλασκομένη.

ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ, τοῦ ἌΝΘΟΥ,

Εἰς Μῖμον.

Νηλειὴς Ἀΐδης, ἐπὶ σοὶ δ' ἐγέλασσε θανόντι,
Τίτυρε, καὶ νεκύων θῆκέ σε μιμολόγον.

ΠΑΥ'ΛΟΥ.

Σιγᾷς, Χρυσεόμαλε, τὸ χάλκεον, οὐκ ἔτι δ' ἡμῖν
Εἰκόνας ἀρχεγόνων ἐκτελέεις μερόπων,
Νεύμασιν ἀφθόγγοισι· τεὴ δ', ὄλβιςε, σιωπὴ
Νῦν ςυγερὴ τελέθει, τῇ πρὶν ἐθελγόμεθα.

XVIII. Homeri.

Sto ſacrata Midae tumulum ſuper aenea virgo,
Dum fons mittet aquas, dum frondes arbor habebit,
Aetheris in templis dum ſol & luna micabunt,
In ſtatione manens ſuper hoc miſerabile buſtum,
Omnibus hoc edico, Midam hic eſſe ſepultum.

XIX. Libanii,
de Juliano Imperatore.

Julianus jacet hic rapidi trans flumina Tigris,
Rex bonus, atque acer belli congreſſibus idem.

XX. Gaetulii.

Medeae pueros tegit hic lapis, aemula Glauces
Mactavit thalamis quos furiata parens.
Siſyphis has tellus donis ſolemnibus umbras
Mitigat, ut matris non pia facta piet.

XXI. Theodori, Anthi,
de Mimo.

Ipſe ferus riſit, te viſo, Diſpiter, & te
Infernis fecit, Tityre, planipedem.

XXII. Pauli.

Chryſeomalle taces: jubet hoc lex ferrea, nec jam
Exprimis antiquos fronte manuque viros,
Sat ſine voce loquax. deflenda ſilentia nunc ſunt,
Quae populo quondam gaudia tanta dabant.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Η'.

Εἰς Αὐλητάς.

ΝΙΚΑ'ΡΧΟΥ.

Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖστον γέρας εἵλετο θνητῶν,
Νέστωρ δὲ γλώσσης ἡδυλόγου σοφίῃ,
Τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος·
Τηλεφάνης δ' αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐστὶν ὅδε.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Ἑλλὰς μὲν Θήβας προτέρας προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς.
Θῆβαι δὲ Πρόνομον, παῖδα τὸν Οἰνιάδου.

ἈΡΧΙ'ΟΥ.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόμενος δέμας αὔραις,
Τλᾶμον, ἀορτηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
Αἰωρῇ. Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης,
Πρῶνα Κελαινῖτιν ναιετάων Σάτυρε.
Σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι Νύμφαι,
Ὡς πάρος, ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Θ'.

Εἰς Βρέφη.

ΠΟΣΕΙΔΙ'ΠΠΟΥ.

Τὸν τριετῆ παίζοντα περὶ φρέαρ Ἀστυάνακτα,
Εἴδωλον μορφᾶς κωφὸν ἐπεσπάσατο.

Ἐκ

TITULUS VIII.

De Tibicinibus.

I. Nicarchi.

Nomen grande ſibi teſtudine quaeſiit Orpheus,
Eloquio Pylius lene fluente ſenex.
Egregiam docto dat famam carmen Homero;
Tibia Telephani; cujus hic eſt tumulus.

II. Incerti.

Multiforis cantus Thebis dat Graecia laudem;
At Thebae Pronomo, cui pater Oeniades.

III. Archiae, Mitylenaei.

Pendes hirta vagis pulſatus tergora ventis,
Exuvias pinus ſuſtinet alta tuas:
Pendes: usque adeo Phoebo certaſſe nocebat:
Note Celaenaeis montibus, o Satyre.
Nec tua jam noſtras Nympharum flabit ad aures
In Phrygiis reſonans tibia blanda jugis.

TITULUS IX.

De Infantibus.

I. Posidippi.

Trimulus Aſtyanax putei ludebat in ora,
Cum miſerum formae traxit imago ſuae.

Ἐκ δ' ὕδατος τὸν παῖδα διάβροχον ἥρπασε μάτηρ,
Σκεπτομένα ζωᾶς εἴ τινα μοῖραν ἔχει.
Νύμφας δ' οὐκ ἐμίηνεν ὁ νήπιος, ἀλλ' ἐπὶ γούνων
Ματρὸς κοιμηθεὶς τὸν βαθὺν ὕπνον ἔχει.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Παῖδά με πενταέτηρον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
Νηλειὴς Ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἅδη ἀλιτάνευτε καὶ ἄτροπε, τίπτε τοιοῦτον
Κάλλαισχρον ζωᾶς νήπιον ὠρφάνισας;
Ἔϛαι μὲν ὅγε παῖς ἐνὶ δώμασι Φερσεφονείας.
Παίγνιον, ἀλλ' οἴκοι λυγρὰ λέλοιπε πάθη.

ΜΑΚΕΔΟΝΊΟΥ.

Γαῖα, καὶ Εἰλείθυια (σὺ μὲν, τέκες, ἡ δὲ, καλύπτεις)
Χαίρετον· ἀμφοτέραις ἤνυσα τὸ ϛάδιον.
Εἶμι δὲ μὴ νοέων πόθι νείσσομαι· οὐδὲ γὰρ ὑμέας
Ἢ τίνος, ἢ τίς ἐών, οἶδα πόθεν μεθέβην.

ἈΓΑΘΊΟΥ.

Ἄβαλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι, μὴ νύμφια λέκτρα.
Οὐ γὰρ ἂν ὠδίνων ἐξεφάνη πρόφασις.
Νῦν δ' ἡ μὲν τριτάλαινα γυνὴ τίκτουσα κάθηται,
Γαϛρὶ δὲ δυσκόλπῳ νεκρὸν ἔνεϛι τέκος.

Τρισ-

Educit ſed mater aquis, & ſcire laborat
  Anxia, pars vitae num foret ulla ſuper.
Atque ita vos, Nymphae, non polluit ille, ſoporem
  Sed longum matris dormiit in genibus.

II. Luciani.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
  Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen. fluxit mihi tempore parvo
  Vita, ſed & vitae ſunt mala parva meae.

III. Incerti.

Cur puerum crudelis inexorabilis Orce
  Callaeſchrum vita tam cito deſpolias?
Delicias hunc furva ſuas Proſerpina dicet,
  Sed multis cauſa eſt fletibus ille domi.

IV. Macedonii Consulis.

Salvete o tellus Lucinaque, tu peperiſti,
  Tu tegis: expletus curſus uterque mihi.
Neſcio quo vadam: nec mirum; quippe nec ad vos,
  Ipſe ego, quis veni, cujus & unde, ſcio.

V. Agathiae.

O utinam nunquam thalami taedaeque fuiſſent,
  Cauſa puerperiis ſic quia nulla foret.
Nunc ſedet exſpectans nequicquam femina partus:
  Exanimum miſerae viſcera tendit onus.

Dum.

Τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη δρόμον ἤνυσεν ἐξότε μίμνει
Τὸ βρέφος, ἀπρήκτοις ἐλπίσι τικτόμενον.
Κούφη σοὶ τελέθοι γαςὴρ, τέκος, ἀντὶ κονίης.
Αὐτὴ γάρ σε φέρει, καὶ χθόνος οὐ χατέεις.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον ἔτι ζώοντα γάλακτι,
Ἴχνος ὑπὲρ τοίχων νηὸς ἐρεισάμενον,
Ὁ Θρῆϊξ ἐτύμως Βορέης βάλεν εἰς ἁλὸς οἶδμα,
Κῦμα δ' ἀπὸ ψυχὴν ἔσβεσε νηπιάχου.
Ἰνοῖ, ἀνοικτείρμων τίς ἔφυς Θεὸς, ἣ Μελικέρτεω
Ἥλικος οὐκ Ἀΐδην πικρὸν ἀπηλάσαο.

ΔΙΟΔΏΡΟΥ.

Κλίμαχος ἐξ ὀλίγης ὀλίγον βρέφος ἐν Διοδώρου
Κάππεσεν, ἐκ δ' ἐάγη καίριον ἀςράγαλον,
Δινηθεὶς προκάρηνος. ἐπεὶ δ' ἴδε θεῖον ἄνακτα
Ἀντόμενον, παιδνὰς αὐτίκ' ἔτεινε χέρας.
Ἀλλὰ σὺ νηπιάχου δμωὸς, κόνι, μή ποτε βρίθειν
Ὀςέα, τοῦ διετοῦς φειδομένη Κόρακος.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Ι'.

Εἰς Γέροντας,

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Ἑξηκοντούτης Διονύσιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Ταρσεὺς, μὴ γήμας· αἴθε δὲ μηδ' ὁ πατήρ·

Ἐπὶ

Dumque latens in ventre ſui ſpem protrahit ortus,
 Tertius exacto praeterit orbe dies.
Sit puer o tibi parve levis non terra ſed alvus:
 Haec cum te teneat, nil opus illa tibi.

VI. Antipatri, Sidonii.

Cum Cleodemus, adhuc materni lactis alumnus,
 Ferret ſumma ratis per tabulata pedem;
Threïcius miſerum dejecit in aequora ventus.
 Vagiit in mediis cum moreretur aquis.
Crudelis puerum quod non ſervaverit Ino,
 Hoc aevi, fuerat quo Melicerta ſuus.

VII. Diodori.

De brevibus ſcalis, Diodori ſub lare, parvus
 Decidit, & pronus dum ruit inde puer,
Verticulos fregit, patruumque accurrere cernens,
 Heu ſeram tendens brachia quaerit opem.
Tu puero famularis humus ſis mitis, & oſſa
 Ne preme: ſed bimus ſit tua cura Corax.

TITULUS X.

De Senibus.

I. Incerti.

Hic poſt ſex decies jaceo Dionyſius annos.
 Tarſenſis coelebs. ſic pater o utinam.

Ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι πρὸ τελευτῆς.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' ὀρέγοντος
  Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον,
Τοῖς τρομεροῖς κώλοισιν ὑπήλυθον ἠρέμα τύμβον·
  Εὗρον ὀϊζυροῦ τέρμα μόλις βιότου.
Ἠλλάχθη δ' ἐπ' ἐμοὶ νεκύων νόμος· οὐ γὰρ ἔθνησκον
  Πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην· ἀλλὰ ταφεὶς, ἔθανον.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἡ γρῆϋς Νικὼ Μελίτης τάφον ἐστεφάνωσε
  Παρθενικῆς. Ἀΐδη, τοῦθ' ὁσίως κέκρικας;

Ἀ Δ Ε' Σ Π Ο Τ Ο Ν.

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις
Ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι.
Μή μ', ὦ μάταιε, ναῦτα τὴν ἄκραν κάμπτων,
Χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λέσχην.
Οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ζῆν', οὐ μὰ τοὺς κάτω Κούρους,
Οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος, οὐδὲ δημώδης·
Πολυκράτης δὲ, τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
Λόγων τι παιπάλημα, καὶ κακὴ γλῶσσα,
Ἔγραψεν οἷ' ἔγραψεν· αὐτὴ δ' οὐκ οἶδα.

ἈΝΤΙΦΙ'ΛΟΥ.

Νεκροδόκον κλιντῆρα Φίλων ὁ πρέσβυς ἀείρων
  Ἔνδοθεν, ὄφρα λάβοι μισθὸν ἐφημέριον,
Σφάλματος ἐξ ὀλίγοιο πεσὼν θάνεν· ἦν γὰρ ἑτοῖμος
  Εἰς Ἀΐδην. ἐκάλει δ' ἡ πολιὴ πρόφασιν.

II. *De eo, qui ante mortem ſe ſepelierat.*

Paupertate gravi, gravibusque attritus ab annis,
Nemo mihi modica cum ſtipe ferret opem,
Prorepſi tremulo pede, ſucceſſique ſepulchro,
Vix abiit miſero ſic quoque vita mihi.
Lex in me mutata vetus: nec mortuus ivi
In tumulum, populi more, ſed ut morerer.

III. Simonidae.

Marcida anus Nico Melites dat ſerta ſepulchro
Virginis. hoc ne aequum eſt, hoc placet, Orce, tibi?

IV. Incerti.

Philaenis illa celebre gentibus nomen
Poſt grandis annos hic cubo ſenectutis.
Ne, quisquis illud circuis jugum nauta,
Riſum jocumque me fac & dicax dictum.
Non per Tonantem, Caſtores per alternos,
Fui viroſa, plebis appetens noctes.
Athenienſi. ſed Polycrates ortu
Argutiarum cymbalum, procax lingua,
Quae ſcripſit ille, neſciente me ſcripſit.

V. Antiphili, Byzantii.

Dum Philo ſandapilam mercedis amore diurnae
Effert jam ſenio praecipitante gravis,
Exiguo lapſu moritur: nec miror; egebat
Momento fini proxima vita levi.

Ὃν δ' ἄλλοις ἐφόρει νεκυοστόλον, αὐτὸς ἐφ' αὐτῷ
Ἀσκάντην ὁ γέρων ἀχθοφορῶν ἔλαθεν.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
Ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.
Ἀρκοῦμαι τούτοισιν. ὁ γὰρ χρόνος, ἄνθος ἄριστον
Ἡλικίης. ἔθανεν χὠ τριγέρων Πύλιος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΙΑ'.

Εἰς Γεωργούς.

ἌΔΗΛΟΝ.

Οὕτω πᾶς ἀπόλωλε, γεωπόνε, βῶλος ἀρότροις;
Ἤδη καὶ τύμβους νωτοβατοῦσι βόες;
Ὕπνε δ' ἐν νεκύεσσι; τί τὸ πλέον; ἢ πόσος οὗτος
Πυρὸς, ὃν ἐκ τέφρης κοὺ χθονὸς ἁρπάσετε;
Οὐκ αἰεὶ ζήσεσθε· καὶ ὑμέας ἄλλος ἀρόσσει,
Τοίης ἀρξαμένους πᾶσι κακοσπορίης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΙΒ'.

Εἰς Γυναῖκας.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τίς, τίνος, εὖσα, γύναι, Παρίην ὑπὸ κίονα κεῖσαι;
Πρηξὼ Καλλιτέλευς. καὶ ποδαπή; Σαμίη.
Τίς δέ σε καὶ κτερέϊξε; Θεόκριτος, ᾧ με γονῆες
Ἐξέδοσαν. θνήσκεις δ' ἐκ τίνος; ἐκ τοκετοῦ.

Sic funebre ſenex aliis portare feretrum
Dum parat, imprudens hoc tulit ipſe ſibi.

VI. Incerti.

Promiſere mihi, quibus eſt ars ſidera noſſe
Curriculo annorum ter tria terque decem.
Sufficit. aetatis flos iſto fine tenetur,
Non fugit Pylius fata triſaeclisſenex.

TITULIS XI.

De Agricolis.

I. Incerti.

Usque adeo tellus, o ruſtice, deſit aratris,
Ut jam proſcindant ipſa ſepulchra boves?
Quid juvat, oſſa premis quod vomere, quantula grana,
Dic, non gleba tibi, ſed cinis iſte dabit?
Et vos mors quondam manet, & vos alter arabit,
A quibus incepit tam ſcelerata ſeges.

TITULUS XII.

De Mulieribus.

I. Leonidae.

Marmore ſub Pario, quae, cujus nata quieſcis?
Praxo Callitelis: nata ſed unde? Samo.
Quis fecit tibi juſta? Theocritus ille, maritus
Qui mihi. quae mortis cauſa? puerperium.

Εὖσα πόσων ἐτέων; δύο κ' εἴκοσιν. ἦ ῥά γ' ἄτεκνος;
Οὐκ, ἀλλὰ τριετῆ Καλλιτέλην ἔλιπον.
Ζώη σοι κεῖνός γε, καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο.
Καὶ σοὶ, ξεῖνε, πόροι πάντα τύχη τὰ καλά.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ, οἱ δὲ, ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τὴν γοεραῖς πνεύσασαν ἐν ὠδίνεσσι Λαμίσκην
Ὕστατα, Νικαρέτης παῖδα καὶ Εὐπόλιδος,
Σὺν βρέφεσιν διδύμοις, Σαμίην γένος, αἱ παρὰ Νείλῳ
Κρύπτουσιν Λιβύης ἠόνες εἰκοσέτιν.
Ἀλλὰ, κόραι, τῇ παιδὶ λεχώϊα δῶρα φέρουσαι,
Θέρμα κατὰ ψυχροῦ δάκρυα χεῖτε τάφου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, οἱ δὲ, ἙΚΑΤΑΙΟΥ ΘΑΣΙΟΥ.

Ἀρχέλεώ με δάμαρτα Πολυξείνην, Θεοδέκτου
Παῖδα καὶ αἰνοπαθοῦς ἔννεπε Δημαρέτης.
Ὅσσον ἐπ' ὠδῖσιν, καὶ μητέρα παῖδά τε δαίμων
Ἔφθασεν, οὐδ' αὐτὸν εἴκοσιν ἠελίων.
Ὀκτωκαιδεκέτις δ' αὐτὴ θάνον, ἄρτι τεκοῦσα,
Ἄρτι δὲ καὶ νύμφη, πάντ' ὀλιγοχρόνιος.

Εἰς τὴν πέραν Κωνσταντίνου πόλεως δάμαλιν.

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
Κλίζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.

Κεί-

Annos quot vixti? duo denos poſt bis. an orba es?
Non: ſupereſt trimus nam mihi Calliteles.
Vivat, & in ſeros deducat tempora canos;
Et tibi fors, hoſpes, det bona, quidquid amas.

II. Dioscoridae, *ut aliis placet*, Nicarchi.

Inter Lucinae quae vivere tela Lamiſca
Deſiit, Eupolidis Nicaretesque genus,
Orta Samo, geminis cum partubus, aggere Nili
Condita poſt vitae bis duo luſtra jacet.
Dona puerperiis quae debita ferte puellae,
Et calidas lachrymas frigida ſaxa bibant.

III. Ejusdem, *ut alii volunt*, Hecataei Thasii.

Vir meus Archeleos; ſum dicta Polyxena; mater
Demarate fuerat, ſed Theodecta pater.
Si peperiſſe ſat eſt, mater quoque. Sed mihi prolem
Intra biſſenos mors rapit atra dies.
Octo decemque annos vixi: nova mater, & uxor,
Non vetus, in parvum tempus utrumque fui.

IV. *De Juvenca, quae eſt contra Conſtantinopolin.*

Non bovis Inachiae tibi cernor imago, nec a me
Boſphorus hoc arctat qui mare nomen habet.

II.

Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
Ἐς Φάρον, ἤδε δ' ἐγὼ Κεκροπὶς εἰμὶ νέκυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος. ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
Τῇδε, Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοΐδιον δ' ἤκουον ἐγὼ τότε, νῦν δὲ Χάρητος
Εὐνέτις, ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

ΜΕΛΕΑ'ΓΡΟΥ.

Οὐ γάμον ἀλλ' Ἀΐδην ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστη
Δέξατο, παρθενίης ἅμματα λυομένη·
Ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφης ἐπὶ δικλίσιν ἤχευν
Λωτοὶ, καὶ θαλάμων ἐπλαταγεῦντο θύραι·
Ἠῷον δ' ὀλολυγμὸν ἀνέκραγον, ἐν δ' Ὑμέναιος
Σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο.
Αἱ δ' αὐταὶ καὶ φέγγος ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ
Πεῦκαι, καὶ φθιμένᾳ νέρθεν ἔφαινον ὁδόν.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ.

Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει
Λωτὸς, καὶ γαμικοῖς ὕπνος ἔχαιρε κρότοις·
Θρῆνος δ' εἰς Ὑμέναιον ἐκώμασεν· ἡ δὲ τάλαινα,
Οὔπω πάντα γυνὴ, καὶ νέκυς ἐβλέπετο.
Δακρυόεις Ἀΐδη, τί πόσιν νύμφης διέλυσας,
Αὐτὸς ἐφ' ἁρπαγίμοις τερπόμενος λέχεσιν;

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙ'ΟΥ,

Εἰς Λαΐδα.

Τὴν καὶ ἅμα χρυσῷ καὶ ἁλουργίδι, καὶ σὺν ἔρωτι
Θρυπτομένην, ἁπαλῆς Κύπριδος ἁβροτέραν,

Λαΐδ'

Illam Junonis pridem furor aemulus egit
  In Pharon, at Cecropis ſum ſata civis ego.
Haut me quippe Chares ſecum deduxit, amator
  Cum faceret ratibus bella, Philippe, tuis.
Bucula nomen erat, quondamque Charetis amica
  Littoris aſpectu nunc utriusque fruor.

V. Meleagri.

Pronuba non Juno, Clearista, ſed infera Juno,
  Tunc, tibi virginitas cum raperetur, erat.
Vix dum deſierat nocturnos tibia cantus:
  Fervebat thalami poſtis uterque ſono.
Cum matutinas jam non Hymenaeus ad aures,
  Sed truce ſub gemitu naenia noſtra venit.
Atque eadem lectum quae duxerat usque puellam,
  Duxit ad infernas pinea taeda domos.

VI. Philippi.

Laeta ſonabat adhuc Nicippidos ante cubile
  Lotus, & ob juvenum carmina plauſus erat.
Interrupit atrox Hymenaeum luctus, & illa,
  Non bene adhuc mulier, mortua viſa cito eſt.
Juſta quid inmitis dirimis connubia Pluto,
  Dulce tibi rapto cum ſit amore frui.

VII. Antipatri, Sidonii,
de Laide.

Quam decuit luſus, quam purpura ſemper & aurum,
  Prae qua ſat mollis non fuit ipſa Venus,

Λαΐδ' ἔχω, πολιῆτιν ἀλιζώνοιο Κορίνθου
Πειρήνης λευκῶν φαιδροτέρην λιβάδων,
Τὴν θνητὴν Κυθέρειαν, ἐφ' ἣ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Πλείονες ἢ νύμφης εἵνεκα Τυνδαρίδος,
Δρεπτόμενοι Χαριτάς τε καὶ ὠνητὴν Ἀφροδίτην·
Ἧς καὶ ὑπ' εὐώδει τύμβος ὄδωδε κρόκῳ·
Ἧς ἔτι κηώεντι μύρῳ τὸ διάβροχον ὀστεῦν;
Καὶ λιπαραὶ θυόεν ἆσθμα πνέουσι κόμαι.
Ἧς ἔπι καλὸν ἄμυξε κατὰ ῥέθος Ἀφρογένεια,
Καὶ γοερὸν λύζων ἐστονάχησεν Ἔρως.
Εἰ δ' οὐ πάγκοινον δούλην θέτο κέρδεος εὐνήν,
Ἑλλὰς ἄν, ὡς Ἑλένης, τῆς δ' ὑπὲρ ἔσχε πόνον.

ΠΟΜΠΗΙΟΥ Νεωτέρου,
Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ τὸ καλὸν καὶ πᾶσιν ἐράσμιον ἀνθήσασα,
Ἡ μούνη Χαρίτων λείρια δρεψαμένη,
Οὐκ ἔτι χρυσοχάλινον ὁρᾷ δρόμον ἠελίοιο
Λαΐς, ἐκοιμήθη δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
Κώμους, καὶ τὰ νέων ζηλώματα, καὶ τὰ ποθεύντων
Κνίσματα, καὶ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη.

ἈΓΑΘΙΟΥ, Σχολαστικοῦ,
Εἰς τὸ αὐτό.

Ἕρπων εἰς Ἐφύρην, τάφον ἔδρακον ἀμφικέλευθον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.
Δάκρυ δ' ἐπισπείσας, χαίροις γύναι· ἐκ γὰρ ἀκοῆς
Οἰκτείρω σε, ἔφην, ἣν πάρος οὐκ ἰδόμην·

Ω

Laida complector: civis quae pulchra Corinthi,
  Pirenes niveo corpore vicit aquas.
Mortalis Cytherea, procis non Tyndaris aeque
  Floruit. hanc plures nam petiere viri,
Dulcia carpentes venalis gaudia lecti.
  Hinc croceus tumulo nunc quoque ſurgit odor.
Unguentis ſed & ipſa madent fragrantibus oſſa,
  Et nitidae ſpirant non niſi thura comae.
Hujus laſſa genas in funere mater Amorum
  Adſtitit, & gemitu pectora quaſſus Amor.
Haec niſi ſub pretio patuiſſet publica, quanta
  Ex Helene Danais hinc ſata bella forent.

VIII. Pompeji Junioris,

de eadem.

Quae formoſa prius vernabat amabile cunctis
  Sola tenens flores, Gratia terna, tuos,
Non videt auricomi jam ſolis lumina Lais,
  Victa ſed aeterno membra ſopore jacet;
Vosque epulae, dixit, juvenum certamen, amoris
  Jurgia, & arcanis fida lucerna, vale.

IX. Agathiae, Oratoris,

de eadem.

Adveniens Ephyren qua fert via cerno ſepulchrum,
  Littera quod priſcae Laidos eſſe docet,
Flensque ſalutavi, teque ut, pulcherrima, dixi
  Nec viſam miſerer, dicita fama facit.

Ὦ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες. ἀλλ᾽ ἴδε, λήθην
 Ναίεις, ἀγλαΐην ἐν χθονὶ καττθεμένη.

ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα καὶ ἡδέα Κύπριδος ἔργα
 Πατροφίλα, κανθοὺς τοὺς γλυκεροὺς ἔμυσας·
Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα καὶ κωτίλα, χὠ μετ᾽ ἀοιδᾶς
 Ψαλμὸς, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις.
Ἄδη δυσκίνητε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίρην
 Ἥρπασας; ἦ καὶ σὴν Κύπρις ἔμηνε φρένα;

ΦΙΛΟΔΗ'ΜΟΥ.

Ἐνθάδε τῆς τρυφερῆς μαλακὸν ῥέθος, ἐνθάδε κεῖται
 Τρυγόνιον, Σαβακῶν ἄνθεμα Σαλμακίδων.
Ἧ Κυβέλη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν, ᾗ φιλοπαίγμων
 Στωμυλίη, Μήτηρ ἣν ἐφίλησε Θεῶν.
Ἡ μούνη στέρξασα τὰ Κύπριδος ἀμφὶ γυναικῶν
 Ὄργια, καὶ φίλτρων Λαΐδος ἁψαμένη,
Φῦε κατὰ στήλης, ἱερὴ κόνι, τῇ φιλοβάκχῳ
 Μὴ βάτον, ἀλλ᾽ ἁπαλὰς λευκοΐων κάλυκας.

ΘΥΙ'ΛΛΟΥ.

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκαις
 Καὶ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥίψαι ἐπισταμένη,
Ἡ λωτῷ κερόεντι φορουμένη, ἡ τρὶς ἐφεξῆς
 Εἰδυῖ᾽ ἀκρήτους χειλοποτεῖν κύλικας,
Ἐνθάδ᾽ ὑπὸ πτελέαις ἀναπαύεται, οὐκ ἔτ᾽ ἔρωτι,
 Οὐκ ἔτι παννυχίδων τερπομένη καμάτοις.
Κῶμοι καὶ μανίαι μέγα χαίρετε· κεύθεται Ἄδῃ
 Ἡ τὰ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

Olim tot juvenum torſiſti pectora. Lethen
Nunc colis, & terra condita forma tua eſt.

X. Incerti.

Illa virens annis Venerique & amoribus apta,
Patrophile, clauſit lumina blanda ſemel.
Illecebrae pariter, pariter cantuſque fideſque
Atque inter calices lingua diſerta jacet.
Sæve quid heu Pluto dulcem rapuiſſe puellam
Auſus es? an talem te quoque flammat Amor?

XI. Philodemi.

Trygonium molli curata cuticula victu
Hic jacet, evantum gloria Salmacidum.
Tympana quam decuere, fuit cui frondea cordi
Pergula, quae Matri ſemper amata Deûm.
Sacra magis Veneris quam femina nulla colebat,
Et quae blanditiis altera Lais erat.
Sis memor o ſuper hic ſtantem pia terra columnam
Non ſentes, teneras fundere ſed violas.

XII. Thyillii.

Ad crotalum ſaliſubſula Ariſtion & prope pinum
Subve caſa ſparſas docta rotare comas;
Et latus ad raucum cornu motare, labriſque
Pocula vix madidis ducere terna meri;
Ulmorum ſub fronde jacet: nec amoribus ultra
Dedita pervigili gaudia nocte capit.
Vina valete: vale Veneris furor. en latet Orco,
Floribus & textis ſueta latere roſis.

᾿ΑΔΕ΄ΣΠΟΤΟΝ.

Εἴκοσι Καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
Οὐδενὸς, οὐδεμιῆς ἐδρακόμην θάνατον·
᾿Αλλ᾿ ἑκατὸν καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
Σκήπωνι τρομερὰν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα.

᾿ΑΔΕ΄ΣΠΟΤΟΝ.

῞Αδ᾿ ἐγὼ ἡ περίβωτος ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι,
Μούνῳ ἐνὶ ζώναν ἀνέρι λυσαμένη.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙ΄ΔΟΥ.

Εἰς τὰς Λυκαμβίδας

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον, αἵδε Λυκάμβεω
Αἳ λάχομεν στυγερὴν κληδόνα θυγατέρες,
Οὔτέ τι παρθενίην ἠσχύναμεν, οὔτε τοκῆας,
Οὔτε Πάρον, νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν·
᾿Αλλὰ καθ᾿ ἡμετέρης γενεῆς ῥιγηλὸν ὄνειδος,
Φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν ᾿Αρχίλοχος.

᾿ΑΔΕ΄ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

᾿Αρχίλοχον, μὰ Θεοὺς καὶ Δαίμονας, οὔτ᾿ ἐν ἀγυιαῖς
Εἴδομεν, οὔθ᾿ ῞Ηρης ἐν μεγάλῳ τεμένει.
Εἰ δ᾿ ἦμεν μάχλοι καὶ ἀτάσθαλοι, οὐκ ἂν ἐκεῖνος
῎Ηθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

῞ΑΔΗ-

XIII. Incerti.

Triginta peperi minus uno Callicratea,
Ex illis nullus, nulla ſepulta mihi.
Curricula annorum centena & quinque peregi,
Et tremulae baculo non egnêre manus.

XIV. Incerti.

Hoc ego ſub tumulo mulier celeberrima condor:
Uni duntaxat zona ſoluta mea eſt.

XV. Dioscoridae,

de Lycambidibus.

Juramus quicquid fas eſt jurare ſepultos,
Nos quas laeva premit fama Lycambiades;
Nec pudor a nobis nec laus temerata parentum,
Nec pelago nomen nobile noſtra Paros,
Sed trux Archilochus falſis rumoribus auctor,
In noſtram vomuit qui probra foeda domum.

XVI. Incerti,

de eodem argumento.

Per Styga, per Superos: nec nos Junonis in aede,
Nec per ſtrata viae vidimus Archilochum.
Si ſciſſet nos eſſe lupas, non ille cupiſſet
Legitimum ex noſtro corpore ferre genus.

XVII.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεξιτερὴν Ἀΐδαο Θεοῦ χέρα καὶ τὰ κελαινὰ
Ὄμνυμεν ἀῤῥήτου δέμνια Φερσεφόνης,
Παρθένοι ὡς ἔτυμον καὶ ὑπὸ χθονί. πολλὰ δ' ὁ πικρὸς
Αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔφλυσε παρθενίης
Ἀρχίλοχος· ἐπέων δὲ καλὴν φάτιν οὐκ ἐπὶ καλὰ
Ἔργα, γυναικεῖον δ' ἔτραπεν εἰς πόλεμον.
Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἐφυβριστῆρας ἰάμβους
Ἐτράπετ', οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι;

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Τὰν μὲν ἀεὶ πολύμυθον, ἀεὶ λάλον, ὦ ξένε, κίσσα
Φάσει· τὴν δὲ μέθας σύντροφον, ἅδε κύλιξ.
Τὰν Κρῆσσαν δὲ, τὰ τόξα· τὰ δ' εἰρία, τὴν φιλοεργόν.
Ἄνδεμα δ' αὖ μίτρας, τὴν πολιοκρόταφον.
Τοιάνδε σταλουργὸς ὅδ' ἔκρυφε Βιττίδα τύμβος,
Τὰν θυμελάχραντον νυμφιδίαν ἄλοχον.
Ἀλλ' ὦ 'νερ καὶ χαῖρε, καὶ οἰχομένοισιν ἐς Ἅδαν
Τὰν αὐτὰν μύθων αὖθις ὄπαζε χάριν.

ἈΛΚΑΙ'ΟΥ,

Εἰς γυναῖκα ἥτις ἐκαλεῖτο Φιδίς.

Δίζημαι κατὰ θυμὸν, ὅτου χάριν ἁ παροδῖτις
Δισσάκι φῖ μοῦνον γράμμα λέλογχε λίθος,
Λαοτύποις σμίλαις κεκολαμμένον. ἦ ῥα γυναικὶ
Τᾷ 'ν χθονὶ κευθομένᾳ Χίλιας ἦν ὄνομα;

XVII. Incerti,
de eodem.

Per Jovis inferni dextram, Dominaeque cubile,
  Quod tegit arcanae noctis inane chaos:
Virginitas nobis & adhuc illaeſa, ſed atrox
  In noſtram vomuit multa pudicitiam
Archilochus: vertens ſua, non in facta virorum
  Clara, ſed in bellum carmina foemineum.
Non erat, Aonides, veſtrum laeſura puellas
  Nil jus curanti tradere tela viro.

XVIII. Antipatri Sidonii.

Haec me pica loquax teſtabitur eſſe loquacem,
  Aſſuetamque meri ductibus iſte calix;
Penſa laboriferam; Creſſam genus indicat arcus;
  Tempora prae ſenio cana mitella notat.
Talis eram Bittis, ſuper haec cui ſtructa columna eſt;
  Nupta quidem Thymeles jure ſed uſa fui.
Vir mihi care vale: tantum rogo, quisquis ad Orcum
  Venerit, huic quam dat fabula da veniam.

XIX. Alcaei Mitylenaeï,
de muliere, cui nomen Phidis.

Multum quaero, lapis cur praetereuntibus iſte
  Phi geminum monſtret, praetereaque nihil,
Inciſum ſcalpris fodicantibus; an jacet illic
  Foemina Chiliadis quae ſibi nomen habet?

Τοῦτο γὰρ ἀγγέλλει κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμός.
Ἢ τὸ μὲν εἰς ὀρθὰν ἀτραπὸν οὐκ ἔμολεν,
Ἢ δ' οἰκτρὸν ναίουσα τόδ' ἠρίον ἔπλετο Φιδίς;
Νῦν Σφιγγὸς γρίφους Οἰδίπος ἐφρασάμην·
Αἰνετὸς οὗ 'κ δισσοῖο χαμὼν αἴνιγμα τύπαιο,
Φέγγος μὲν ξυνετοῖς, ἀξυνέτοις δ' ἔρεβος.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Αὐτὰ Τιμόκλει', αὐτὰ Φιλὼ, αὐτὰ 'Αριστὼ,
Αὐτὰ Τιμαιθὼ, παῖδες 'Αριστοδίκου,
Πᾶσαι ὑπ' ὠδῖνος πεφονευμέναι· αἷς ἔπι τοῦτο
Σᾶμα πατὴρ στάσας κάτθαν' 'Αριστόδικος.

'ΑΓΑΘΙΟΥ Σχολαστικοῦ,

ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ μητρὶ, κειμένῃ ἐν Βυζαντίῳ.

Ὦ ξένε, τί κλαίεις; διὰ σὸν μόρον. οἶσθα τίς εἰμί;
Οὐ μὰ τὸν, ἀλλ' ἔμπης, οἰκτρὸν ὁρῶ τὸ τέλος.
Ἐσσὶ δὲ τίς; Περίκλεια. γυνὴ τίνος; ἀνδρὸς ἀρίστου,
Ῥήτορος, ἐξ 'Ασίης, οὔνομα Μεμνονίου.
Πῶς δέ σε Βοσπορίη κατέχει κόνις; εἴρεο μοῖραν.
Ἥ μοι τῆλε πάτρης ξεῖνον ἔδωκε τάφον.
Παῖδα λίπες; τριέτηρον· ὃς ἐν μεγάροισιν ἀλύων,
Ἐκδέχεται μαζῶν ἡμετέρων σταγόνα.
Αἴθε καλῶς ζώοι. ναὶ, ναὶ, φίλος, εὔχεο κείνῳ
Ὄφρα μοι ἡβήσας δάκρυ φίλον σταλάοι.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Δάκρυά σοι καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς Ἡλιοδώρα
Δωροῦμαι, στοργᾶς λείψανον εἰς 'Αΐδην,

Δά-

Nam quod colligitur numero de duplice, mille eſt,
An magis haec ratio nil rationis habet?
Sed latet hoc ſaxo quae dicta eſt nomine Phidis,
Ad Sphingis nodos Oedipus ecce fui.
Hunc probo, qui finxit geminis aenigma figuris,
Lux ubi ſit doctis, & mera nox rudibus.

XX. Leonidae.

Timoclea, Philo, Timaetho, ſunt & Ariſto
Hic poſitae, ſoboles patris Ariſtodici.
Omnes Lucinae labor abſtulit: occidit ipſe,
His poſtquam tumulum fecit, Ariſtodicus.

XXI. Agathiae Oratoris,

de matre ſua in Byzantio ſita.

Hoſpes quid lachrymas? tua funera. ſum tibi nota?
Non es. ſed finis me tamen iſte movet.
At quae tu? Periclea. fuit quis vir tibi? Rhetor
Vir bonus ex Aſia nomine Memnonius.
Cur es Boſphoria ſub humo ſita? conſule fatum,
Quod voluit patrio me procul axe tegi.
Eſtne aliquis de te puer? eſt mihi trimulus unus,
In lare qui reptans ubera noſtra ſitit.
Sit precor incolumis. bene tu. ſed & inſuper opta,
Vir factus lachrymis ut mea buſta riget.

XXII. Meleagri,

de ſua uxore.

Ipſam ſubter humum monumenta fidelis amoris
Has mitto lachrymas, Heliodora, tibi

Δάκρυα δυσδάκρυτα. πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ
Σπένδω μνᾶμα πόθων, μνᾶμα φιλοφροσύνας.
Οἰκτρὰ γὰρ, οἰκτρὰ φίλαν σε καὶ ἐν φθιμένοις Μελέαγρος
Αἰάζω, κενεὰν εἰς Ἀχέροντα χάριν.
Αἶ, αἶ, ποῦ τὸ ποθεινὸν ἐμοὶ θάλος; ἅρπασεν Ἅδας,
Ἅρπασεν. ἀκμαῖον δ' ἄνθος ἔφυρε κόνις.
Ἀλλά σε γουνοῦμαι, γᾶ πάντροφε, τὰν πανόδυρτον
Ἠρέμα σοῖς κόλποις, μᾶτερ, ἐναγκάλισαι.

ΤΥΜΝΕΏ.

Μή σοι τοῦτο, Φιλαινὶ, λίην ἀποκαίριον ἔστω,
Εἰ μὴ πρὸς Νείλῳ γῆς μορίης ἔτυχες,
Ἀλλά σ' ἐλευθερίης ὅδ' ἔχει τάφος. ἔστι γὰρ ἴση
Πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός.

ΣΑΠΦΟΥ͂Σ.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῦσαν
Δέξατο Φερσεφόνας κυανέος θάλαμος·
Ἇς καὶ ἀποφθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέϊ χαλκῷ
Ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

ΚΑΛΛΙΜΆΧΟΥ.

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μήθυμνα τεὴ πόλις. ἦ μέγα φημὶ
Χῆρον ἀνιᾶσθαι σὸν πόσιν Εὐθυμένη.

ΙΩΆΝ-

Heu dignas lachrymis lachrymas! ad flebile buſtum
  Haec tibi amicitiae pignora certa fero.
Nam miſere nimium, miſere Meleager ademptam
  Te gemo: ſed gemitus nil Acheronta movent.
Ah ubi dilectus mihi flos meus? abſtulit Orcus,
  Abſtulit. in cinerem corporis ivit honos.
At tu depoſitum placide complectere noſtrum,
  Maternoque fove, te rogo, terra ſinu.!

XXIII. Tymnei.

Oramus ne ſit nimium tibi triſte, Philaeni,
  Si tua Niliacum non tegit oſſa ſolum:
Sed ſepeliris, ubi Libertas ipſa ſepulta eſt.
  Undique tantumdem eſt ad Phlegethonta viae.

XXIV. Sapphus.

Timadis hic cinis eſt, quae nulli nupta marito
  Perſephones nigro nunc cubat in thalamo.
Illius aequales ob funus acumine ferri
  Vernantes capitis deſecuere comas.

XXV. Callimachi.

Timonoë quae tu? non te, per numina, noſſem!
  Timothei nomen ni patris aſpicerem,
Mithymnamque ſimul patriam hoc in marmore. multum
  Vir tuus Euthymenes hac, ſcio, morte dolet.

ἸΩΑ'ΝΝΟΥ, Ποιητοῦ
ΤΟΥ͂ ΒΑΡΒΟΥΚΑ'ΛΛΟΥ.

Εἰς πόσιν ἀθρήσασα παρ' ἐσχατίης λίνα μοίρης
Ἤνεσα καὶ χθονίους, ἤνεσα καὶ ζυγίους·
Τοὺς μὲν, ὅτι ζωὸν λίπον ἀνέρα· τοὺς δ', ὅτι τοῖον.
Ἀλλὰ πατὴρ μίμνοι παισὶν ἐφ' ἡμετέροις.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,
Εἰς τὸ αὐτό.

Τοῦτο σαοφροσύνας ἀντάξιον εὕρεο, Νοστῶ,
Δάκρυά σοι γαμέτας σπεῖσε καταφθιμένᾳ.

ΚΥ'ΡΟΥ, Ποιητοῦ.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες, Μαίης χρόνος· ἐς τρία δ' ἄλλα
Ἔτρεχεν, ἀλλ' Ἀΐδης πικρὸν ἔπεμψε βέλος.
Θηλυτέρην δ' ἥρπαξε ῥόδων καλύκεσσιν ὁμοίην,
Πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα τὰ Πηνελόπης.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂, ἈΙΓΥΠΤΙ'ΟΥ.

Αὐτὴν Θειοδότην ὁ ζωγράφος· αἴθε δὲ τέχνης
Ἤμβροτε, καὶ λήθην δῶκεν ὀδυρομένοις.

ΛΕΟΝΤΙ'ΟΥ Σχολαστικοῦ.

Σῆμα Ῥόδης· Τυρίη δὲ γυνὴ πέλεν· ἀντὶ δὲ πάτρης,
Ἵκετο τήνδε πόλιν, κηδομένη τεκέων.
Αὕτη ἀειμνήστοιο λέχος κόσμησε Γεμέλλου,
Ὃς πάρος εὐνομίης ἴδμονα θῆκε πόλιν.

XXVI. Johannis,
Poëtae Barbucalli.

Reſpiciens dulcem jam jam moritura maritum
 Laudavi mortis conjugiique Deos.
Illos, quod poſt me vir viveret, hos, quia talis.
 Ah maneat noſtris partubus ille pater.

XXVII. Ejusdem,
de eodem.

Sume pudicitiae pretium miſerabile, Noſto,
 Non vinum libat vir tibi, ſed lachrymas.

XXVIII. Cyri, *Poëtae.*

Poſt decies ternos Majae jam tertius ibat
 Annus, & a ſaeva morte ſagitta venit.
Sic cecidit foliis nil conceſſura roſarum
 Penelopen omni parte ſecuta nurus.

XXIX. Juliani Aegyptii,
Conſularis.

Ipſam Thermodoten pictor dedit, ars ego mallem
 Erraſſet: luctus vivit ab arte recens.

XXX. Leontii, *Oratoris.*

Hic tumulata Rhodo. patria eſt Tyrus: hanc quod in urbem
 Venerit, hoc natis imputat illa ſuis.
Ornavit thalamum victuri laude Gemelli,
 Qui legum hanc urbem non ſiit eſſe rudem.

Mul-

Γρῆϋς μὲν μόρον εὗρεν, ὄφελλε δὲ μυρία κύκλα
 Ζώειν. τῶν ἀγαθῶν οὐ δεχόμεσθα κόρον.

ἈΓΑΘΙΌΥ,

Εἰς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Εὐγενίαν.

Τὰν πάρος ἀνθήσασαν ἐν ἀγλαΐῃ καὶ ἀοιδᾷ.
 Τὰν πολυκυδίστου μνάμονα θεσμοσύνας,
Εὐγενίαν κρύπτει χθονία κόνις· αἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ
 Κείραντο πλοκάμους, Μοῦσα, Θέμις, Παφίη.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂, ἈΙΓΥΠΤΊΟΥ.

Οὔνομα μὲν, Καλὴ, Φρεσὶ δὲ πλέον ἠὲ προσώπῳ,
 Κάτθανε· Φεῦ, Χαρίτων ἐξαπόλωλεν ἔαρ.
Καὶ γὰρ ἔην Παφίῃ πανομοίϊος, ἀλλὰ συνεύνῳ
 Μούνῳ· τοῖς δ' ἑτέροις Παλλὰς ἐρυμνοτάτη.
Τίς λίθος οὐκ ἐγόησεν ὅτ' ἐξήρπασσεν ἐκείνην
 Εὐρυβίης Ἀΐδης ἀνδρὸς ἀπ' ἀγκαλίδων;

ΤΟΥ͂ ἈΥΤΟΥ͂,

Τωθαστικόν.

Σοὶ σορὸν εὐλάϊγγα, Ῥοδοῖ, καὶ τύμβον ἐγείρει
 Ῥυσιά τε ψυχῆς δῶρα πένησι νέμει,
Ἀντ' εὐεργεσίης γλυκερὸς πόσις· ὅττι θανοῦσα
 Ὠκύμορος, κείνῳ δῶκας ἐλευθερίην.

ΠΑΛΛΑΔΑ͂.

Ψύλλα πρεσβυγενὴς τοῖς κληρονόμοις φθονέσασα
 Αὐτὴ κληρονόμος τῶν ἰδίων γέγονεν.

Ἀλ-

Multum vixit anus: ſed vivere ſaecula mille
Debuerat, numquam res bona nos ſatiat.

XXXI. Agathiae,

de ſorore ſua Eugenia.

Quae formae cantusque ſimul florebat honore,
Cui ſuper & leges diſcere cura fuit;
Eugeniam tellus tegit haec; in funere vulſis
Crinibus adſtabant, Cypria, Muſa, Themis.

XXXII. Juliani Aegyptii.

Nomine Pulchra ſed & vultu ſimul, & magis intus,
Occidit. Orbata es, Gratia, vere tuo.
Par fuit haec Paphiae, ſed ſoli nempe marito,
Soli, namque aliis non niſi Pallas erat.
Heu quae non gemuit cautes, conplexibus illam
Conjugis eripuit cum Stygis ater herus.

XXXIII. Ejusdem,

jocus.

Sume Rhodo loculum de marmore, ſume ſepulchrum,
Pauperibusque animum quae data dona pient,
Haec merito atque lubens tribuit tibi vir tuus, illi
Quod data libertas tam cito morte tua.

XXXIV. Palladae, Alexandrini.

Pſylla anus ipſa ſuis haeredibus invida, cepit
Conſilium hoc, haeres ut foret ipſa ſibi.

Ἀλλομένη δὲ τάχος κατέβη δόμον εἰς Ἀίδαο,
Ταῖς δαπάναις τὸ ζῆν σύμμετρον εὑραμένη.
Πάντα φαγοῦσα βίον, συναπώλετο ταῖς δαπάναισιν.
Ἥλατο δ' εἰς Ἀΐδην ὡς ἀπεκερμάτισε.

ἘΥΤΟΛΜΊΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ἸΛΛΟΥΣΤΡΊΟΥ.

Υἱέος ὠκυμόρου θάνατον πευθοῦσα Μενίππη,
Κωκυτῷ μεγάλῳ πνεῦμα συνεξέχεεν.
Οὐδ' ἔσχεν παλίνορσον ἀναπνεύσασα γοῆσαι,
Ἀλλ' ἅμα καὶ θρήνου παύσατο καὶ βιότου.

ἈΔΈΣΠΟΤΟΝ, οἱ δὲ ΒΙΆΝΟΡΟΣ.

Ὕστατον ἐθρήνησε τὸν ὠκύμορον Κλεαρίστη
Παῖδα, καὶ ἀμφὶ τάφῳ πικρὸν ἔπαυσε βίον.
Κωκύσασα γὰρ ὅσσον ἐχάνδανε μητρὸς ἀνίη,
Οὐκ ἔτ' ἐπιστρέψαι πνεύματος ἔσχε τόνους.
Θηλύτεραι, τί τοσοῦτον ἐμετρήσασθε τάλαιναι
Θρῆνον, ἵνα κλαύσητ' ἄχρι καὶ εἰς Ἀΐδεω;

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἥρπασέ τις νύμφην καὶ τὸν γάμον ἥρπασε Δαίμων,
Ψυχῶν συλήσας τερπομένων ἀγέλην.
Εἷς γάμος εἰκοσιπέντε τάφους ἔπλησε θανόντων,
Πάνδημος δὲ νεκρῶν εἷς γέγονεν θάλαμος.
Νύμφη Πενθεσίλεια πολύστονε, νυμφίε Πενθεῦ,
Ἀμφοτέρων ὁ γάμος πλούσιος ἐν θανάτοις.

Et ſubito ſaltu deſcendit ad infera regna,
Ut ratio vitae ſumtibus aequa foret.
Ederat ut vitam, periit cum ſumptibus una,
Ut nummi deerant, in Styga deſiliit.

XXXV. Eutolmii Oratoris, *Viri Illuſtris.*

Nati fata ſui dum luget acerba Menippe,
Dum grave ſuſpirat, ſpiritus ipſe fugit.
Nec revocare animam potuit, lugeret ut ultra,
Sed defecerunt vita dolorque ſimul.

XXXVI. Incerti, *quibusdam* Bianoris.

Dum Cleariſta ſuo lamenta dat ultima nato,
Ad tumulum miſerae vita relicta fuit.
Flentis enim quantum rabies materna ferebat,
Non quiit elapſus ſpiritus ire retro.
Quid juvat in tantum luctus extendere, matres,
Ploretis rigidas Ditis ut usque fores?

XXXVII. Palladae.

Rapta fuit nubens, rapta eſt occaſio Diti,
Umbrarum totos abſtulit ille choros.
Uno ex connubio viginti quinque ſepulchra
Cernimus. hic thalamus quid niſi peſtis erat?
Sic, Pentheu conjunx, & conjunx Penteſilea,
Dives erat multo funere veſter amor.

ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ.

Ἕλκε τάλαν παρὰ μητρὸς ὃν οὐκ ἔτι μαζὸν ἀμέλξεις,
Ἕλκυσον ὕστατιον νᾶμα καταφθιμένης.
Ἤδη γὰρ ξιφέεσσι λιπόπνοος· ἀλλὰ τὰ μητρὸς
Φίλτρα καὶ εἰν Ἀΐδῃ παιδοκομεῖν ἔμαθεν.

ἈΔΗΛΟΝ, οἱ δὲ ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὑστάτιον Φώκαια κλυτὴ πόλι, τοῦτο Θεανὼ
Εἶπεν ἐς ἀτρύγετον νύκτα κατερχομένη,
Οἴμοι ἐγὼ δύστηνος, Ἀπέλλιχε, ποῖον, ὅμευνε,
Ποῖον ἐπ' ὠκείῃ νηῒ περῇς πέλαγος.
Αὐτὰρ ἐμεῦ σχεδόθεν μόρος ἵσταται· ὡς ὄφελόν γε
Χειρὶ φίλην τὴν σὴν χεῖρα βαλοῦσα θανεῖν.

ἈΔΗΛΟΝ,

Τίπτε μάτην γοόωντες ἐμῷ παραμίμνετε τύμβῳ;
Οὐδὲν ἔχω θρήνων ἄξιον ἐν φθιμένοις.
Λῆγε γόων καὶ παῦε, πόσις, καὶ παῖδες ἐμεῖο
Χαίρετε, καὶ μνήμην σώζετ' Ἀμαζονίης.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

Ἄλκηστις νέη εἰμὶ, θάνον δ' ὑπὲρ ἀνέρος ἐσθλοῦ
Ζήνωνος, τὸν μοῦνον ἐνὶ στέρνοις ἐδεδέγμην,
Ὃν φωτὸς γλυκερῶν τε τέκνων προὔκριν' ἐμὸν ἦτορ.
Οὔνομα Καλλικράτεια, βροτοῖς πάντεσσιν ἀγαστή.

ἈΝ-

XXXVIII. Aemiliani.

Suge miſer nunquam quae poſthac pocula ſuges:
Ultima ab exanimo corpore pocla trahe.
Exſpiravit enim jam ſaucia: ſed vel ab Orco
Infantem novit paſcere matris amor.

XXXIX. Incerti, *quibusdam* Damageti.

Urbs Phocaea potens, haec ultima verba Theano
Dixit, ad aeternae mortis itura chaos.
Quam procul a miſera me nunc es, Apelliche conjunx,
Ah tua quam magnum nunc ratis aequor arat.
Nunc mihi mors juxta: quanto mihi dulcius eſſet,
Cara meam premeret ſi tua dextra, mori.

XL. Incerti,
repertum in aede Sanctae Anaſtaſiae, Theſſalonicae.

Quid tam moeſta meum circumſtas turba ſepulchrum?
Quod par ſit fleri, mortua nil habeo.
Deſine vir luctus, & vos mea vivite proles,
Quod ſatis eſt, memores ſemper Amazoniae.

XLI. Incerti.

Alceſtis nova ſum: mortem namque uxor obivi,
Pro Zenone bono ſolum quem pectore geſſi;
Praetulit hunc vitae pariter ſobolique meum cor.
Nomen Callicratea, frequens quod fama celebrat.

ἈΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ.

Εὐχέσθω τις ἔπειτα γυνὴ τόκον, εἶπε Πολυξὼ,
Γαςέρ᾽ ὑπὸ τρισσῶν ῥηγνυμένη τεκέων.
Μαίης δ᾽ ἐν παλάμῃσι χύθη νέκυς· οἱ δ᾽ ἐπὶ γαῖαν
Ὤλισθον, κοίλων ἄρσενες ἐκ λαγόνων,
Μητέρος ἐκ νεκρῆς ζωὸς γόνος. Εἷς ἄρα Δαίμων
Τῆς μὲν ἀπὸ ζωὴν εἵλετο, τοῖς δ᾽ ἔπορεν.

ἈΣΚΛΗΠΙΑ΄ΔΟΥ.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
Ἇς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ᾽ Ἔρως·
Ἣν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἐραςαὶ
Πρωτοβόλοι, δι᾽ ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μηδὲ καταχθονίοις μετὰ Δαίμοσιν ἄμμορος εἴης
Ἡμετέρων δώρων, ὧν σ᾽ ἐπέοικε τυχεῖν,
Ἀμμία, οὕνεκα Νικόμαχος θυγάτηρ τε Διώνη
Τύμβον καὶ ςήλην, σὴν ἐθέμεσθα χάριν.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μή με θοῶς, κύδιςε, παρέρχεο τύμβον, ὁδῖτα,
Σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ, κελευθοπόρε·
Δερκόμενος δ᾽ ἐρέεινε, τίς εἶ, πόθεν; Ἁρμονίαν γὰρ
Γνώσεαι, ἧς γενεὴ λάμπεται ἐν Μεγάροις.
Πάντα γὰρ ὅσσα βροτοῖσι φέρει κλέος, ἦν ἐνιδέσθαι,
Εὐγενίην ἐρατὴν, ἤθεα, σωφροσύνην.
Τοίης τύμβον ἄθρησον· ἐς οὐρανίας γὰρ ἀταρποὺς
Ψυχὴ παπταίνει, σῶμ᾽ ἀποδυσαμένη.

ἌΔΗ-

XLII. Antipatri, Thessalonicensis.

Ecquid adhuc mater fieri velit ulla, Polyxo,
  Cum triplici partu diſtraheretur, ait.
Mortuaque in manibus cadit obſtetricis: at alvo
  Tres ſimul e rupta proſiluere mares.
Exanimae matris vivum genus: abſtulit illi
  Qui dedit his vitam trux facilisque Deus.

XLIII. Asclepiadae.

Archeanaſſa mihi civis Colophonos amica eſt,
  Cujus & in rugis dulce reſedit amor.
Qui juvenis florem juvenes carpſiſtis amantes,
  Per quem transiſtis, quantus is ignis erat?

XLIV. Incerti.

Ut nec apud Manes expers ſis, Ammia, noſtris
  Muneribus, fas eſt quae tibi jusque dari,
Nicomachus tumulum ſtatuens & juſta Dione
  Cum cippo, meritis reddimus ambo vicem.

XLV. Incerti.

Ut me praetereas ne ſic properato, viator,
  Indelaſſato qui pede pergis iter.
Reſpice, ſcire cupis quis & unde? doceberis eſſe
  Harmoniam, Megaris ſat mea nota domus.
In me congeries fuerat ſincera bonorum,
  Nobilitas, mores, gratia blanda, pudor.
Hujus hic eſt tumulus. poſitis mens corporis hujus
  Exuviis coeli ſcandit ad usque domum.

XLVI.

ἌΔΗΛΟΝ,

Νικόπολιν Μαραθῶνος ἐθήκατο τῇδ' ἐπὶ πέτρῃ
　Ὀμβρίσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην.
Ἀλλ' οὐδὲν πλέον ἔσχε. τί γὰρ πλέον ἀνέρι κήδευς
　Μούνῳ ὑπὲρ γαίης, οἰχομένης ἀλόχου;

ἘΡΥΚΙΌΥ.

Ἀτθὶς ἐγώ. κείνη γὰρ ἐμὴ πόλις. ἐκ δέ μ' Ἀθηνῶν
　Λυγρὸς Ἄρης Ἰταλῶν πρὶν ποτ' ἐληΐσατο,
Καὶ θέτο Ῥωμαίων πολιήτιδα, νῦν δὲ θανούσης
　Ὀστέα νησαίη Κύζικος ἠμφίεσεν.
Χαίροις ἡ θρέψασα, καὶ ἡ μετέπειτα λαχοῦσα
　Χθών με, καὶ ἡ κόλποις ὕστατα δεξαμένη.

ἈΓΑΘΙΌΥ.

Ναὶ λίτομαι, παροδῖτα, φίλῳ κατάλεξον ἀκοίτῃ
　Εὖτ' ἂν ἐμὴν λεύσσῃς πατρίδα Θεσσαλίην,
Κάτθανε σὴ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος,
　Αἶ, αἶ, Βοσπορίης ἐγγύθεν ἠϊόνος.
Ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
　Ὄφρ' ἀναμιμνήσκῃ τῆς ποτε κουριδίης.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ὁρᾷς πρόσωπον Κασσίης τῆς σώφρονος;
Εἰ καὶ τέθνηκε, ταῖς ἀρεταῖς γνωρίζεται
Ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος.

XLVI. Incerti,
repertum Theſſalonicae.

Marmore Nicopolin poſuit Marathonis in iſto,
Quod madidum lachrymis fecerat ipſe ſuis.
Sed nihil hoc juvit. viduum nam conjuge fida
Et ſolum in terris quid niſi flere juvet?

XLVII. Erycii.

Atthis ego. patria eſt ea nam mihi: me ſed Athenis
Abripuit ſaevo Marte Latina manus.
Hic ego facta Quiris. Sed nunc mea Cyzicus oſſa,
Cyzicus aequoreo gurgite cincta, tegit.
Salve terra mihi genitrix, tuque hospita tellus,
Tuque etiam cujus nunc requieſco ſinu.

XLVIII. Agathiae, Oratoris.

Dic, hospes, dic quaeſo, viro mihi ſemper amato,
Si patriam videas, Theſſala rura, meam;
Heu periit, periit conjunx tua, namque ſepulchrum
Bosphorii fluctus littora propter habet.
Fac ſed & ipſe domi tumulus mihi ſurgat inanis,
Semper ut ante oculos ſit tibi primus amor.

XLIX. Incerti.

Clarum pudicae Caſſiae vultum vides,
Quamquam ſepulta eſt, notus ex virtutibus
Eſt fulgor animi, non minus quam corporis.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τῇ δέ ποτ' ἀκτερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
Λαοδίκην, δηΐων ὕβριν ἀλευομένην.
Σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο,
Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος.
Καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλῃ
Κείμενον ἀκλειῶς, τῷ δ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

ΚΡΙΝΑΓΟ΄ΡΟΥ.

Ὑμνίδα τὴν Εὐάνδρου, ἐράσμιον αἰὲν ἄθυρμα
Οἰκογενὲς, κούρην αἱμύλον ἐνναέτιν,
Ἥρπασας, ὦ ἄλληστ' Ἀΐδη; τί πρόωρον ἐφιεὶς
Μοῖραν τὴν πάντως σεῖο ποτ' ἐσσομένην;

ἈΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ.

Οὐχὶ βαθυζώνων Ἱππαρχία ἔργα γυναικῶν,
Τῶν δὲ κυνῶν ἑλόμαν ῥωμαλέον βίοτον.
Οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονήτιδες, οὐ βαθύπεπλος
Εὔμαρις, οὐ λιπόων εὔαδε κεκρύφαλος,
Οὖλας δὲ σκίπωνι συνέμπορος, ἅ, τε συνῳδὸς
Δίπλαξ, καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος.
Ἄμμι δὲ Μαιναλίας κρέσσων βίος ἦν Ἀταλάντας
Τόσσον, ὅσον σοφία κρεσσὸν ὀριδρομίας.

ΚΑΛΛΙΜΑ΄ΧΟΥ.

Κρηθΐδα τὴν πολύμυθον, ἐπισταμένην καλὰ παίζειν,
Δίζονται Σαμίων πολλάκι θυγατέρες,

L. Incerti.

Hic pia Laodicen ſine funere terra recepit,
Hoſtibus intactus dum ſtudet eſſe pudor.
Longa lateſcentem tumulum per ſaecula cerni
Nunc Aſiae praeſes Maximus eſſe dedit,
Aereaque effigies, alibi ſine honore reperta,
Virginis, hoc nunc ſtat conſpicienda loco.

LI. Crinagorae.

Quae prius Evandri ludus fuit Hymnis amorque,
Blanda jocis annos vernula nata novem.
Saeve quid hanc properas rapere & tibi ſumis acerbam?
Quae, licet exſpectes, Orce, futura tua eſt.

LII. Antipatri,

de Hipparchia, Cratetis uxore.

Non ego foeminei mores Hipparchia ſexus,
Sed mare ſum fortes corde ſecuta canes.
Non placuit pallam ſubſtringens fibula, non pes
Vinctus, & unguentis oblita vitta mihi.
Sed baculus nudique pedes, quaeque artubus haeret
Diplois, inque locum dura cubilis humus.
Maenaliae tantum potior mea vita puellae,
Quanto venari quam ſapuiſſe minus.

LIII. Callimachi.

Crethida dulciloquam, docte quae ludere norat,
Quaerit ab aequorea multa puella Samo,

Ἡδίσταν συνέριθον, ἀεὶ λάλον· ἡ δ' ἀποβρίζει
  Ἐνθάδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.

ΤΥΜΝΕ´Ω.

Εὐήθης Γρύτωνος, ἐπ' οὐκ ἀγαθαῖς ἐλοχεύθη
  Κληδόσιν. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο δαιμονίη,
Ἀρτιτόκος. τὰ δὲ πολλὰ κατήγαγεν ἓν βρέφος Ἅδην
  Σὺν κείνῃ· δεκάτην δ' οὐχ ὑπερῆρεν ἕω.

ἈΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ.

Ἦ πού σε χθονίας, Ἀρετημιὰς, ἐξ ἀκάτοιο,
  Κωκυτοῦ θεμέναν ἴχνος ἐπ' ἠϊόνι,
Οἰχόμενον βρέφος ἄρτι νέῳ φορέουσαν ἀγοστῷ,
  Ὤκτειραν θαλεραὶ Δωρίδες εἰν Ἀΐδᾳ,
Πευθόμεναι τέο κῆρα. σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς
  Δάκρυσιν, ἐξεῖπες, φεῦ, ἀνιαρὸν ἔπος,
Διπλόον ὠδίνασα φίλον τέκος, ἄλλο μὲν ἀνδρὶ
  Εὔφρονι καλλιπόμαν, ἄλλο δ' ἄγω φθιμένοις.

ἩΡΑΚΛΕΙ´ΔΟΥ.

Ἁ κόνις, ἀρτίσκαπτος, ἐπὶ στάλας δὲ μετώπῳ
  Σεύονται φύλλων ἡμιθανεῖς στέφανοι.
Γράμμα διακρίναντες, ὁδοιπόρε, πέτρον ἴδωμεν
  Λυγρὰ περιστέλλειν ὀστέα φατί τινος.
Ξεῖν', Ἀρετημιάς εἰμι· πάτρα Κνίδος· Εὔφρονος ἦλθον
  Ἐς λέχος, ὠδίνων οὐκ ἄμορος γενόμαν.
Δισσὰ δ' ὁμοῦ τίκτουσα, τὸ μὲν λίπον ἀνδρὶ ποδηγὸν
  Γήρως· ὃν δ' ἀπάγω, μνημόσυνον πόσιος.

ΘΕΟ-

Aequaevam, facilem ſermone. Sed hic cubat illa,
Quemque fugit nemo victa ſopore tacet.

LIV. Tymnei.

Evethes cui Tryto pater fatis omine dextro
Non peperit: nec enim tam cito rapta foret
A partu. ſaecli bona tot puer abſtulit unus
Ad Styga, nec decimum transiit ipſe diem.

LV. Antipatri.

Inferna gradiens Aretemias e rate, ripa
Cocyti dum fers ulteriore pedem,
Extinctum portans puerum juvenilibus ulnis,
Dorides infernis ingemuere locis:
Et quae ſint tua fata rogant: tu triſtia verba
Reſpondes fletu dilacerante comas:
Duplice de partu pars una relicta marito
Euphroni, dimidium manibus ecce fero.

LVI. Heraclidae.

Foſſa recenter humus, cujus quae in fronte columna eſt,
Serta gerit florum, mortua parte fui.
Cernamus propius lapidemque notasque, viator.
Triſtes ſe cineres cujus habere refert?
Patria mi Cnidôs eſt, vocitorque Aretemias, hospes,
Euphroni ſum conjunx dicta, ſed & peperi.
Quos peperi geminos, dux ſit patris, oro, ſenectae
Ille, mihi pignus conjugis alter adeſt.

ΘΕΟΔΩΡΙ'ΔΟΥ.

Εὐρύσορον περὶ σῆμα τὸ Φαναιρέτης ποτὲ κοῦραι
Κέρσαντο ξανθοὺς Θεσσαλίδες πλοκάμους,
Πρωτοτόκον καὶ ἄποτμον ἀτυζόμεναι περὶ νύμφην,
Λάρισσαν δὲ φίλην ἤκαχε καὶ τοκέας.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Εἰς Δούλους.

ΔΙΟΣΚΟΡΙ'ΔΟΥ.

Δοῦλος ἐγὼ, καὶ δοῦλος, ἐλευθερίῳ δέ με τύμβῳ,
Δέσποτα Τιμάνθη, τὸν σὸν ἔθευ τροφέα.
Εὐαίων', ἀσινῆ τείνοις βίον· ἢν δ' ὑπὸ γήρως
Πρός με μόλης, σὸς, ἐγὼ, δέσποτα, κἠν Ἀΐδη.

'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Σοὶ καὶ νῦν ὑπὸ γῆν, καὶ δέσποτα, πιστὸς ὑπάρχω
Ὡς πάρος, εὐνοίης οὐκ ἐπιληθόμενος.
Ὅς με τὸν ἐκ νούσου τρὶς ἐπ' ἀσφαλὲς ἤγαγες ἴχνος,
Καὶ νῦν ἀρκούσῃ τῇδ' ὑπέθου καλύβῃ,
Μάνην ἀγγείλας Πέρσην γένος. εὖ δέ με ῥέξας,
Ἕξεις ἐν χρείῃ δμῶας ἑτοιμοτέρους.

ΔΑΜΑΣΚΙ'ΟΥ, ΦΙΛΟΣΟ'ΦΟΥ.

Ζωσίμη, ἡ πρὶν ἐοῦσα μόνῳ τῷ σώματι δούλη,
Καὶ τῷ σώματι νῦν εὗρεν ἐλευθερίην.

LVII. Theodoridae.

Splendida Phaenaretae propter monumenta puellae
  Theſſalides rutilas depoſuere comas,
Lugentes primi fatum miſerabile partus:
  Hanc cum Lariſſa flevit uterque parens.

TITULUS XIII.

De Servis.

I. Dioscoridae.

Servus ſum fateor ſed tu Timanthe benignus:
  Ingenua altori das monumenta tuo.
Sit tibi vita diu, ſit proſpera: cum gravis annis
  Huc ad me venies, hic quoque crede tuum.

II. Incerti.

Hic quoque apud manes, here, ſum tibi fidus, ut ante,
  Mente tenens memori tot benefacta mihi.
Quippe ter ex morbo per te mihi reddita vita,
  Et data quae ſatis eſt, hic quoque cella mihi,
Inſcribens Manem, Perſam genus: omnis ob illud
  Promptior imperio jam tibi ſervus erit.

III. Damascii, Philosophi.

Zoſima quae ſolo fuerat modo corpore ſerva,
  Nunc ipſo eſt etiam corpore miſſa manu.

IV.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙ'ΔΟΥ.

Εὐφράτην μὴ καῖε, Φιλώνυμε, μηδὲ μιήνῃς
Πῦρ ἐπ' ἐμοί· Πέρσης εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγενής. ναὶ, δέσποτα. πῦρ δὲ μιῆναι,
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
Ἀλλὰ περιςείλας με δίδου χθονί. μηδ' ἐπὶ νεκρῷ
Λουτρὰ χέῃς· σέβομαι, δέσποτα, καὶ ποταμούς.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἠλλάχθη θανάτοιο τεὸς μόρος, ἀντὶ δὲ σεῖο,
Δέσποτα, δοῦλος ἐγὼ ςυγνὸν ἔπλησα τάφον,
Ἡνίκα σεῦ δακρυτὰ κατὰ χθονὸς ἠρία τεῦχον,
Ὡς ἂν ἀποφθιμένου κεῖθι δέμας κτερίσω.
Ἀμφὶ δέ μ' ὤλισθε ξυνὴ κόνις. οὐ βαρὺς ἡμῖν
Ἔςʼ Ἀΐδης· ζήσω τὸν σὸν ὑπ' ἠέλιον.

ἈΝΥ'ΤΗΣ.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε· νῦν δὲ τεθνηκὼς,
Ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΙΔ'.

Εἰς Ἥρωας.

ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Λαέρτην.

Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
Φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ.

Ὡς

IV. Dioscoridae.

Ne precor Euphratem combure, Philonyme, flammam
Nec viola, Perſis namque ego Perſa ſatus,
O here, jam Perſis ignem foedare piaclum,
Resque vel horribili morte timenda magis.
Contege & infer humo, ſed ſic ne mortua lymphis
Membra laves: & aqua eſt res, here, ſancta mihi.

V. Apollonidae.

In me translata eſt tua ſors, here; triſte ſepulchrum
Implevi domini nam vice ſervus ego:
Dum fodio ferale cavum, quo condere poſſem
Corporis exanimi frigida membra tui.
Meque ſuperlabens humus obruit: at mihi mors haec
Non gravis eſt: vivam quippe ſub axe tuo.

VI. Anytae.

Vivus erat Manes, ſed poſtquam mortuus iſte eſt,
Darius quantum magnus & ipſe poteſt.

TITULUS XIV.

De Heroibus.

I. Incerti,
de Laërte.

Atteret & lapidem nec ferro parcere novit,
Una falce metens omnia, longa dies.

Ὡς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον, ὃ σχεδὸν ἀκτᾶς
Βαιὸν ἄπο, ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.
Οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον. οὐ γὰρ ἀοιδὰς
Ἀμβλύνειν αἰὼν (κὴν ἐθέλῃ) δύναται.

ΒΙΑ΄ΝΟΡΟΣ,

Εἰς Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην.

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος· ἀλλ' ὁ πανώλης
Τύμβος ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων.
Κείνους οὐκ Ἀΐδης ἐδαμάσσετο, κὴν Ἀχέροντι
Μάρνανται· κείνων χὠ τάφος ἀντίπαλος.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον· ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

ἈΝΤΙΦΙ΄ΛΟΥ,

Εἰς Πρωτεσίλαον.

Θέσσαλε Πρωτεσίλαε, σὲ μὲν πολὺς ᾄσεται αἰὼν,
Τροίᾳ ὀφειλομένου πτώματος ἀρξάμενον.
Σῶμα δέ τοι πτελέῃσι συνηρεφὲς ἀμφικομεῦσι
Νύμφαι ἀπεχθομένης Ἰλίου ἀντιπέραν.
Δένδρεα δυσμίμητα, καὶ ἤν ποτε τεῖχος ἴδωσι
Τρώϊον, αὐαλέαν φυλλοχοεῦντι κόμην.
Ὅσσος ἐν ἡρώεσσι τότ' ἦν χόλος, οὗ μέρος ἀκμὴν
Ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρέμοσιν.

Εἰς Ἀχιλλέα.

Τύμβος Ἀχιλλῆος ῥηξήνορος, ὅν ποτ' Ἀχαιοὶ
Δώμησαν, Τρώων δεῖμα καὶ ἐσσομένων.

Αἰ-

Nunc quoque Laërtae tumulum, qui littore diſtans
Non procul inſani ſpargitur imbre maris.
Nomen at herois ſemper viget. inclyta vatum
Carmina vis aevi laedere nulla poteſt.

II. Bianoris, Bithyni, *de Eteocle & Polynice.*

Oedipodae natis urbs eſt Thebana ſepulchrum;
At tumulus quondam praelia ſentit adhuc.
Ipſe nec hos Acheron domuit, ſed pugnat in Orco
Pars quoque, nec buſtum foedera pacis habet.
Secta favilla docet. Miſeri! qui talia tela
Tractarunt, quorum non datur ulla quies.

III. Antiphili, Byzantini, *de Proteſilao.*

Principium Trojae promiſſi ſanguinis, omne,
Theſſale, te ſaeclum, Proteſiläe, canet.
Mortuus ulmorum ſub textibus, hoſtica contra
Pergama, Nympharum maxima cura jaces.
Iratis Trojana vident cum moenia ramis
Areſcunt odio deficiuntque comae.
Qualis in antiquis fuit ille heroibus ardor,
Si partes arbor non animata facit?

IV. *De Achille.*

Hic eſt Graeca manus tumulum quem ſtruxit Achilli,
Trojugenûm poſt nunc tot quoque ſecla metus.

Αἰγιαλῷ δὲ νένευκεν, ἵνα ςοναχῆσι θαλάσσης
  Κυδαίνοιτο πάϊς τῆς ἁλίας Θέτιδος.

Εἰς Ἀχιλλέα καὶ Πάτροκλον.

Ἄνδρε δύω φιλότητι καὶ ἐν τεύχεσσιν ἀρίςω,
  Χαίρετον, Αἰακίδη, καὶ σὺ Μενοιτιάδη.

ἈΣΚΛΗΠΙΑ'ΔΟΥ,

Εἰς Αἴαντα.

Ἁ δ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
  Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' Ἀχαιοῖς
  Ἁ δολόφρων ἀπάτα κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Σῆμα παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτηίσιν ἀκταῖς
  Θυμοβαρὴς Ἀρετὰ μύρομαι ἑζομένα,
Ἀπλόκαμος, πινόεσσα, διὰ κρίσιν, ὅττι Πελασγῶν
  Οὐκ ἀρετὰ νικᾶν ἔλλαχεν, ἀλλὰ δόλος.
Τεύχεα δ' ἂν λέξειεν Ἀχιλλέος, ἄρσενος ἀκμᾶς,
  Οὐ σκολιῶν μύθων ἄμμες ἐφιέμεθα.

ἈΡΧΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Μοῦνος ἐναιρομένοισιν ὑπέρμαχον ἀσπίδα τείνας
  Νηυσὶ βαρὺν Τρώων αἰὲν ἔμεινας Ἄρη.
Οὐδέ σε χερμαδίων ὦσε κτύπος, οὐ νέφος ἰῶν,
  Οὐ πῦρ, οὐ δοράτων, οὐ ξιφέων πάταγος·

Ἀλλ'

Et ſedem prope littus habet, plangatur ut undis
Aequoris aequorea natus & ipſe Dea.

V. *De Achille & Patroclo.*

Foedere amicitiae par nobile nec minus armis,
Aeacide ſalve, tuque, Menaetiade.

VI. Asclepiadae, *de Ajace.*

Fortis ad Ajacis tumulum (miſerere viator)
Flens ſedeo Virtus, & lacerata comas:
Corde dolens toto fraudem ſe nube tegentem
Quod Graji proceres antetulere mihi.

VII. Antipatri, *de eodem.*

Ajacis tumulo Rhaeteo in litore lugens
Aſſideo Virtus icta dolore gravi.
Squallens, ſciſſa comas, quod non eſt gente Pelasga
Judice virtuti ſed data palma dolo.
Ipſius arma, loqui poſſent, loquerentur Achillis:
Vis nobis, at non callida dicta placent.

VIII. Archiae, *de eodem.*

Qui face ſuccenſas clypeo defendere puppes,
Vimque Phrygum poſſes pellere, ſolus eras:
Nec tibi tela inter, gladiique, haſtaeque ſonantes,
Flammaque cum lapidum nube dedere metum.

'Αλλ' αὔτως ἀρραβλὴς τε, καὶ ἔμπεδος ὥς τις ἐρίπνη
'Ιδρυνθεὶς, ἔτλης λαίλαπα δυσμενέων.
Εἰ δέ σε μὴ τεύχεσσιν 'Αχιλλέος ὥπλισεν 'Ελλὰς,
"Αξιον ἀντ' ἀρετᾶς ὅπλα πορουσα γέρας,
Μοιράων βουλῇσι τάδ' ἤμπλακεν, ὡς ἂν ὑπ' ἐχθρῶν
Μή τινος, ἀλλὰ τεῇ πότμον ἕλῃς παλάμῃ.

'Α Δ Ε' Σ Π Ο Τ Ο Ν,

Εἰς τὸ αὐτό.

Σῆμα τόδ' Αἴαντος Τελαμωνίου, ὃν κτάνε μοῖρα,
Αὐτοῦ χρησαμένη καὶ χερὶ καὶ ξίφεϊ.
Οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσι δυνήσατο καὶ μεμαυῖα
Εὑρέμεναι Κλωθὼ τῷδ' ἕτερον φονέα.

Λ Ε Ο Ν Τ Ι' Ο Υ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Κεῖται ἐνὶ Τροίῃ Τελαμώνιος, οὔ τινι δ' ἔμπης
'Αντιβίων ὀπάσας εὖχος ἑοῦ θανάτου.
Τόσσης γὰρ χρόνος ἄλλον ἐπάξιον ἀνέρα τόλμης
Οὐχ εὑρὼν, παλάμῃ θῆκεν ὑπ' αὐτοφόνῳ.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἴας ἐν Τροίῃ μετὰ μυρίον εὖχος ἀέθλων
Μέμφεται οὐκ ἐχθροῖς, κείμενος, ἀλλὰ φίλοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

"Εκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, "Εκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ'. ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος.

Εἰς

Stabas oppoſitus bello velut ardua rupes,
  Inque tuum venit tanta procella caput.
Exuvias at ſi tibi non aptavit Achillis
  Graecia, nec meritis reddidit arma tuis.
Errorem dedit hunc fatum, ne forte quis hoſtis
  Afferret finem, ſed tua dextra tibi.

IX. Incerti,
de eodem.

Hic Ajax ſitus eſt Telamonius, ipſius enſe
  Uſa manuque viro fata dedere mori.
Interfectorem Clotho cum quaereret illi,
  Alter ab hoc hominum nemo repertus erat.

X. Leontii Oratoris,
de eodem.

Condit humus Telamone ſatum Trojana, nec hoſti
  Jus tamen in tantam fata dedere necem.
Nempe parem tantis quia non invenerat auſis
  Tempus, eum propria fecit obire manu.

XI. Ejusdem,
de eodem.

Ajax qui toties victor, jacet in Phryge campo,
  Mortuus incuſat non Phryga, ſed ſocios.

XII. *De eodem.*

Ajax Priamidae cinctum dedit, Hector at illi
  Enſem: cauſa necis munus utrique fuit.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πικρὴν ἀλλήλοις Ἕκτωρ χάριν ἠδὲ φέρασπις
  Αἴας ἐκ πολέμου μνῆμ' ἔπορον φιλίης.
Ἕκτωρ γὰρ ζωςῆρα λαβὼν, ξίφος ἔμπαλι δῶκεν.
  Τὴν δὲ χάριν δώρων πείρασαν ἐν θανάτῳ.
Τὸ ξίφος εἷλ' Αἴαντα μεμηνότα, καὶ πάλι ζωςὴρ
  Εἵλκυσε Πριαμίδην δίφρια συρόμενον.
Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
  Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς Πρίαμον.

Ἥρωος Πριάμου βαιὸς τάφος, οὐχ ὅτι τοίου
  Ἄξιος, ἀλλ' ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα.

ἈΚΗΡΑ'ΤΟΥ, Γραμματικοῦ,

Εἰς Ἕκτορα.

Ἕκτορ, Ὁμηρείοισιν ἀεὶ βεβοημένε βίβλοις,
  Θειοδόμου τείχευς ἕρκος ἐρυμνότερον·
Ἐν σοὶ Μαιονίδης ἀνεπαύσατο, σοῦ δὲ θανόντος,
  Ἕκτορ, ἐσιγήθη καὶ σέλις Ἰλιάδος.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μή με τάφῳ σύγκρινε τὸν Ἕκτορα, μηδ' ἐπὶ τύμβῳ
  Μέτρει τὸν πάσης Ἑλλάδος ἀντίπαλον.
Ἰλιὰς, αὐτὸς Ὅμηρος ἐμοὶ τάφος, Ἑλλὰς, Ἀχαιοὶ
  Φεύγοντες· τούτοις πᾶσιν ἐχωννύμεθα.

XIII. *De eodem.*

Inter ſe dederant mala munera & Hector, & Ajax,
Contractae ex bello pignus amicitiae.
Cingula pro gladio donata receperat Hector:
Quae vis muneribus, diſcere morte datum eſt.
Enſe furens Ajax periit: datus Hectora vinxit
Baltheus, Aeacidae cum traheretur equis.
Tales inſidias hoſtilia dona ferebant,
Pernitiem ſed ſub fronte datura boni.

XIV. Antipatri,
de Priamo.

En Priami monumenta vides anguſta, nec ipſo
Digna, ſed hoſtiles quae poſuere manus.

XV. Acerati Grammatici,
de Hectore.

Hector Homeraeis celeberrime cantibus, & qui
Muris, quos dederant Di duo, murus eras,
Te ſibi Maeonides metam facit: Hectore magno
Abrepto fatis Ilias ipſa tacet.

XVI. Incerti,
de eodem.

Ne tumulo metire brevi precor Hectora magnum,
Par cui certamen Graecia tota fuit.
Ilias, Iliadosque parens, fuga gentis Achivae
Grajaeque, haec mihi ſunt omnia pro tumulo.

ἈΡΧΙΌΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ γενέταν τοῦ νέρθε καὶ οὔνομα καὶ χθόνα φώνει,
Στάλα, καὶ ποίᾳ κηρὶ δαμεὶς ἔθανεν.
Γεννήτωρ, Πρίαμος. γᾶ δ', Ἴλιον· οὔνομα δ', Ἕκτωρ,
Ὦ ξεῖν', ὑπὲρ πάτρας δ' ὤλετο μαρνάμενος.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴτινα πώποτ' ἄκουσας Ἐνυαλίου φίλον υἱόν,
Καὶ κρατερὸν δυνάμει, καὶ θαρσαλέον πολεμίζειν,
Ἕκτορα τὸν Πριάμοιο νόει μοῦνον γεγενῆσθαι.
Ὃν ποτε μαρνάμενον Διομήδης ἔκτανεν ἀνήρ,
Αἴας πρὸ Τρώων, Δαναοῖσι μάχης προφέροντα·
Ὃν καὶ τῇδε θανόντα τάφος ὅδε ἀμφικαλύπτει.

Εἰς Ἀλέξανδρον, τὸν Μακεδόνα.

Ἕκτορι μὲν Τροίη συγκάτθανεν, οὐδ' ἔτι χεῖρας
Ἀντῆρεν Δαναῶν παισὶν ἐπερχομένοις·
Πέλλα δ' Ἀλεξάνδρῳ συναπώλετο. πατρίδες ἄρα
Ἀνδράσιν, οὐ πάτραις ἄνδρες ἀγαλλόμεθα.

ΠΑΡΜΕΝΊΩΝΟΣ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Φθίσθαι Ἀλέξανδρον ψευδὴς φάτις, εἴπερ ἀληθὴς
Φοῖβος. ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης.

ΓΕΜΊΝΟΥ.

Χείρ με Πολυγνώτου Θασίου κάμεν, εἰμὶ δ' ἐκεῖνος
Σαλμωνεύς, βρονταῖς ὃς Διὸς ἀντεμάνη·

Ὃς

XVII. Archiae, *de eodem.*

Quis genitor, quod nomen erat, quae terra ſepulto,
  Quoque modo vitam finiit, ede lapis?
Troum terra mea eſt, Priamus pater, & vocor Hector,
  Et cado, pro patria dum pia bella gero.

XVIII. *De eodem.*

Si quis Gradivi pullus tibi contigit aures,
Viribus excellens, animoque ad praelia forti,
Hectora Priamiden hunc eſſe intellige ſolum:
Quem decertantem confecit Vir Diomedes,
Troja pro patria dum Grajûm bella laceſſit.
Hic vita caruit, jacet hac ſub mole ſepultus.

XIX. *De Alexandro, Macedone.*

Hectore ſublato, cecidit quoque Troja, nec ultra
  Adverſas Danais extulit illa manus.
Mors quoque Alexandri Pellam trahit, aſpice, terrae
  Sunt decus omne viri, non decus ipſa viris.

XX. Parmenionis, *de eodem.*

Mortis Alexandri falſa eſt, ſi verus Apollo,
  Fama. ſub invictis mors quoque victa jacet.

XXI. Gemini.

Ecce Polygnoti Thaſii manus: auſus ego ille
  Salmoneus contra falſa tonare Jovem.

Ὅς με καὶ εἰν Ἀΐδῃ παρθῇ πάλι, καί με κεραυνοῖς
 Βάλλει, μισῶν μου κἂν λαλέοντα τύπον.
Ἴσχε, Ζεῦ, πρηςῆρα, μέθες χόλον· εἰμὶ γὰρ ἄπνους
 Ὁ σκοπὸς· ἀψύχοις εἰκόσι μὴ πολέμει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΙΕ.

Εἰς Ἰατρούς.

ΘΕΟΣΕΒΙΑΣ.

Εἶδεν ἀκερσεκόμη τρία πένθεα· κείρατο χαίτην
Πρῶτον ἐφ' Ἱπποκράτει, καὶ δεύτερον ἀμφὶ Γαληνῷ.
Καὶ νῦν Ἀβλαβίου γοερῷ περὶ σήματι κεῖται,
Αἰδομένη μετὰ κεῖνον ἐν ἀνθρώποισι φανῆναι.

ἈΔΗΛΟΝ.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, Κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται
 Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς·
Πλεῖςα τρόπαια νόσων ςήσας ὅπλοις ὑγιείης,
 Δόξαν ἑλὼν πολλὴν, οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

ἈΔΗΛΟΝ.

Παυσανίαν ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτεω υἱὸν,
 Τόνδ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθαψε κόνις·
Ὃς πλείςους κρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις
 Φῶτας ἀπέςρεψεν Φερσεφόνας θαλάμων.

KE-

Qui me vexat apud manes, & fulmina mutam
  Vibrat in hanc (odium quo ruit) effigiem.
Parce tonans flammis, iram preme: nam ſine vita
  Sum ſcopulus: bellum ne fac imaginibus.

TITULUS XV.

De Medicis.

I. Theosebiae.

Tres habuit luctus poſitis Medicina capillis
Funere in Hippocratis, doctique in morte Galeni,
Nunc jacet Ablabii propter miſeranda ſepulchrum:
Quippe oculos hominum damnum poſt tale veretur.

II. Incerti.

Theſſalus Hippocrates jacet hic, cui patria Cos eſt,
  Qui genus a Phoebo morte carente trahit.
De morbis retulit qui multa tropaea Saluti:
  Cui non fortunâ fama ſed arte venit.

III. Incerti.

Hic jacet in patria, cujus pater Anchita, gentis
  Phoebigenae, vero nomine Pauſanias.
Multos quippe virûm morbis crudelibus uſtos
  Abſtinuit thalamis, Perſephonea, tuis.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Ιϛ'.

Εἰς Ἰξευτάς.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙ'ΟΥ.

Ὁ πρὶν ἐγὼ καὶ ψῆρα, καὶ ἀρπάκτειραν ἐρύκων
  Σπέρματος ὑψιπετῆ Βιστονίαν γέρανον,
Ῥινοῦ χερμαστῆρος εὔστροφα κῶλα τιταίνων,
  Ἀλκιμένης πτανῶν εἶργον ἄπωθε νέφος.
Καί με τὶς οὐτήτειρα παρὰ σφυρὰ διψὰς ἔχιδνα
  Σαρκὶ τὸν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον,
Ἠελίου χήρωσεν. ἴδ' ὡς τὰ κατ' αἰθέρα λεύσσων,
  Τοὐν ποσὶν οὐκ ἐδάην κῦμα κυλινδόμενον.

'Ι Σ Ι Δ Ω' Ρ Ο Υ.

Ἰξῷ καὶ καλάμοισιν ἀπ' ἠέρος αὐτὸν ἔφερβεν
  Εὔμηλος, λιτῶς, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίῃ·
Οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι·
  Τοῦτο τρυφὴν κείνῳ, τοῦτ' ἔφερ' εὐφροσύνην.
Τρὶς δὲ τριηκοστὸν ζήσας ἔτος, ἐνθάδ' ἰαύει,
  Παισὶ λιπὼν ἰξὸν, καὶ πτερὰ, καὶ καλάμους.

Μ Ν Α Σ Α' Λ Κ Ο Υ.

Ἀμπαύσει καὶ τῇδε θοὸν πτερὸν ἱερὸς ὄρνις
  Τᾶσδ' ὑπὲρ ἀδείας ἑζόμενος πλατάνου.
Ὤλετο γὰρ Ποίμανδρος ὁ Μήλιος, οὐδ' ἔτι κεῖται
  Ἰξὸν ἐπ' ἀγρευτῇ χευάμενος καλάμῳ.

ΚΕ-

TITULUS XVI.

De Aucupibus.

I. Antipatri, Sidonii.

Qui ſturnos prius & Threſſas arcere ſolebam,
Rure ſato juſſas alta ſecare grues,
Alcimenes, libransque cavae cita verbera fundae,
Pellebam longe vel populabar aves.
Arida me petiit ſcelerato vipera dente,
Infixitque pedi virus ab ore ſuo.
Sic ego dum ſpecto coeli convexa, periclum
Non vidi miſero quod fuit ante pedes.

II. Isidori, Aegeatae.

Qui calamo & viſco quaerebat ab aëre victum
Eumelus, cui res parca, ſed ingenua,
Ventris ut imperio nulli daret oſcula dextrae,
Vivere ſic illi luxus, opesque fuit;
Poſt bis luſtra novem jacet hic, natosque reliquit
Haeredes plumae, glutinis & calami.

III. Mnasalci, Sicyonii.

Hac quoque ſub platani requieſcet molliter umbra,
Et quaſi ſacra Diis tuta ſedebit avis:
Paemander periit quia Melius ille, nec ultra
Haec loca viſcatis tentat arundinibus.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΙΖ'.

Εἰς Ἰχθύας.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Κύματα καὶ τρηχύς με κλύδων ἐπὶ χέρσον ἔσυραν
 Δελφῖνα, ξείνης κοινὸν ὅραμα τύχης.
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαίης; ἐλέῳ τόπος. οἱ γὰρ ἰδόντες,
 Εὐθὺς πρὸς τύμβον μ' ἔστεφον εὐσεβέες.
Νῦν δὲ, τεκοῦσα θάλαττα διώλεσε τίς παρὰ πόντῳ
 Πίστις, ὃς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΙΗ'.

Εἰς Κιθαρῳδούς.

ΛΕΟΝΤΙ'ΟΥ Σχολαστικοῦ.

Ὀρφέος οἰχομένου τάχα τίς ποτε λείπετο Μοῦσα·
 Σοῦ δὲ, Πλάτων, φθιμένου παύσατο καὶ κιθάρη.
Ἦν γὰρ ἔτι προτέρων μελέων ὀλίγη τις ἀποῤῥὼξ,
 Ἐν σαῖς σωζομένη καὶ φρεσὶ καὶ παλάμαις.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ἡ γλυκερὸν μέλψασα καὶ ἄλκιμον, ἡ θρόον αὐδῆς
 Μούνη θηλυτέροις στήθεσι ῥηξαμένη,
Κεῖται σιγαλέη. τόσον ἔσθενε νήματα Μοίρης
 Ὡς λιγυρὰ κλεῖσαι χείλεα Καλλιόπης.

TITULUS XVII.

De Piſcibus.

I. Antipatri, Thessalonicensis.

Hospes humi ſpector protruſus ab aequore Delphin,
Et me naturae pars aliena tenet.
Promta ſed in terris bonitas mihi, quippe videntum
Hunc tumulum pietas, haec mihi ſerta dedit.
Cauſa necis quod me genuit mare: cum nec alumnis
Parcat, in hac ſperet quis fore tutus aqua?

TITULUS XVIII.

De Fidicinibus.

I. Leontii, Oratoris.

Orpheus cum periit, periit puto Muſa, ſed una:
At tecum periit jam, Plato, tota chelys.
Nam quicquid veteri reſtabat ab arte canendi,
Vixit id in ſola mente manuque tua.

II. Juliani, Aegyptii,

ex genere Praefectorum Auguſtalium.

Quae ſuaves dedit ore ſonos, quae pectore norat
Femineo dulces edere ſola modos;
Triſte ſilet: tantumne valent heu ſtamina Parcae,
Argutae claudant ut labra Calliopes.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Οὔ τι φύσις θήλεια, καὶ οὐ πολιοῖο χαρήνου
  Ἀδρανίη φωνῆς σῆς κατέλυσε βίην·
Ἀλλὰ μόλις ξυνοῖσι νόμοις εἴξασα τελευτῆς,
  Φεῦ, φεῦ, Καλλιόπη, σὴν κατέλυσας ὄπα.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Φεῦ, φεῦ, τὴν δεκάτην Ἑλικωνίδα, τὴν λυραοιδὸν
  Ῥώμης καὶ Φαρίης, ἥδε κέκευθε κόνις.
Ὤλετο φορμίγγων τερετίσματα, λῆξαν ἀοιδαὶ
  Ὥσπερ Ἰωάννῃ πάντα συνολλύμενα.
Καὶ τάχα θεσμὸν ἔθηκαν ἐπάξιον ἐννέα Μοῦσαι,
  Τύμβον Ἰωάννας ἀνθ' Ἑλικῶνος ἔχειν.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΙΘ'.

Εἰς Κυνηγούς.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἁ δέ τοι, Ἀρχίου υἱὲ, Περίκλεες, ἁ λιθίνα γὰ
  Ἕστηκα στάλα, μνᾶμα κυνηγεσίας.
Πάντα δέ τοι περὶ σῆμα τετεύχαται, ἵπποι, ἄκοντες,
  Αἱ κύνες, αἱ στάλικες, δίκτυ' ὑπὲρ σταλίκων.
Αἴ, αἴ, λάϊνα πάντα· περιτροχάουσι δὲ θῆρες·
  Αὐτὸς δ' εἰκοσέτης ἤγρετον ὕπνον ἔχεις.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ.

Τὸν κρατερὸν Πανοπῆα, τὸν ἀγρευτῆρα λεόντων,
  Τὸν λασιοστέρνων κέντορα παρδαλίων,

Τύμ-

III. Ejusdem.

Non tibi mollities ſexus, nec ſerior aetas,
Diſſolvit vocis robora tanta tuae.
Sed vix praeſcripta finis cum lege veniret,
Solviſti ipſa tuos, Calliopea, ſonos.

IV. Agathiae, Oratoris.

Heu tenet haec decimam tellus Heliconida, nota
Quae fuit arte tibi, Roma, tibique Pharos.
Nusquam jam citharae modulamina, carmina nusquam,
Triſtis Jöannae finis & iſta tulit.
Et puto ſe dignam legem ſcivere Camenae
Ut nunc hunc tumulum, non Helicona colant.

TITULUS XIX.

De Venatoribus.

I. Incerti.

Hic tibi ſto, Pericles, cujus pater Archia, cippus;
Venatusque meos docta figura notat:
Omnia nam juxta vari, diſtentaque varis
Retia, cornipedes, tela, citique canes.
Saxea cuncta ferae circum quoque: quattuor actis
Tu luſtris medius ſed ſine fine cubas.

II. Agathiae, Oratoris.

Quaerere terribiles auſum Panopea leones,
Nec minus in pardos vulnera certa dare,

Τύμβος ἔχει. γλαφυρῆς γὰρ ἀπὸ χθονὸς ἔκτανε δεινὸς
 Σκορπίος, οὐτήσας ταρσὸν ὀρεσσιβάτην.
Αἰγανέα δὲ τάλαινα, σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται,
 Αἴ, αἴ, θαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

ἌΔΗΛΟΝ.

Εἶχε κορωνοβόλον, πενίης λιμηρὸν Ἀρίστων
 Ὄργανον, ᾧ πτηνὰς ἠκροβόλιζε χένας,
Ἦκα παραστείχων δολίην ὁδόν. οἷος ἐκεῖνος
 Ψεύσασθαι λοξοῖς ὄμμασι φερβομένας.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν Ἀΐδῃ· τὸ δὲ οἱ βέλος, ὄρφανον ἤχου
 Καὶ χερός. ἡ δ' ἄγρη τύμβοι ὑπερπέτεται.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Κ'.

Εἰς Μεθύσους.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μορτάδα, τὴν ἱεραῖς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς
 Ἄφθονον ἀκρήτου σπασσαμένην κύλικος,
Οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις· ἀλλὰ πίθος μοι,
 Σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἔπεστι τάφος.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙ'ΟΥ.

Τῆς πολιῆς τόδε σῆμα Μαρωνίδος· ἧς ἐπὶ τύμβῳ
 Γλυπτὴν ἐκ πέτρης αὐτὸς ὁρῇς κύλικα,
Ἡ δὲ, φιλάκρητος καὶ ἀεὶ λάλος, οὐκ ἐπὶ τέκνοις
 Μύρεται, οὐ τεκέων ἀκτεάνῳ πατέρι,
Ἓν δὲ τόδ' αἰάζει καὶ ὑπ' ἠρίον, ὅττι τὰ Βάκχῳ
 Ἄρμενα οὐ Βάκχου πλῆρες ἔπεστι τάφῳ·

Continet hic tumulus: poſtquam in pede ſcorpius illi
Montivago ex ima ſpicula fixit humo.
At domino deſerta jacent venabula terra
Tragulaque, inſultant nunc quibus & capreae.

III. Incerti.

Eſuriens arcum nil praeter habebat Ariſton,
Quae necis in turdos machina certa fuit.
Sic lento ſe ferre gradu; ſic lima tuente
Lumine paſcentes fallere norat aves.
Quem nunc Orcus habet: telum ſtrepituque manuque
Deficitur: tumulum praeda ſupervolitat.

TITULUS XX.

De Temulentis.

I. Incerti.

Mortada, quae Bromii toties ad praela ſolebam
Ducere purpureo pocula plena mero,
Nunc tenuis me terra tegit: ſed dulce ſepulchrum
Eſt mihi, qui ſignat gaudia noſtra, cadus.

II. Antipatri, Sidonii.

Haec vetulae ſunt buſta Maronidos, inque ſepulchro
Ex lapide eſt ſculptus, cernis ut ipſe, calix.
Multibiba atque loquax: neque nunc de prole relicta,
Deque ſuae prolis paupere patre, dolet.
Unam rem flendam putat & tumulata, quod aptum
Vas Bromio Bromii munera non habeat.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Μαρωνὶς ἡ Φίλοινος, ἡ πίθων σποδὸς,
Ἐνταῦθα κεῖται γρηῢς, ἧς ὑπὲρ τάφου
Γνωστὴ πρόκειται πᾶσιν Ἀττικὴ κύλιξ.
Στένει δὲ καὶ γῆς νέρθεν οὐχ ὑπὲρ τέκνων,
Οὐκ ἀνδρὸς, οὓς λέλοιπεν ἐνδεεῖς βίου·
Ἓν δ' ἀντὶ πάντων, οὕνεχ' ἡ κύλιξ κενή·

ἈΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἡ Βρόμιον στέρξασα πολὺ πλέον ἢ τροφὸς Ἰνὼ,
Ἡ λάλος ἀμπελίνη, γρηῢς Ἀριστομάχη,
Ἡνίκα τὴν ἱερὴν ὑπέδυ χθόνα, πᾶν δ' ἐμαράνθη
Πνεῦμα, πάρος κυλίκων πλεῖστον ἐπαυρομένη,
Εἶπε τάδε Μινωϊ πάλαι, φέρε κάλπιν ἐλαφρήν·
Οἴσω κυάνεον τοὐξ Ἀχέροντος ὕδωρ·
Κ'αὐτὴ παρθενίην γὰρ ἀπώλεσα. τοῦτο δ' ἔλεξε
Ψευδὲς, ἵν' αὐγάζῃ κἀν φθιμένοισι πίθον.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οὐκ οἶδ' εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι, ἢ Διὸς ὄμβρον
Μέμψομ'· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι.
Ἀγρόθε γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς
Τύμβος ἔχει, γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων.
Κεῖται δ' Αἰολίδος Σμύρνης ἑκάς. ἀλλά τις ὄρφνης
Δειμαίνοι μεθύων ἀτραπὸν ὑετίην.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ.

Τὴν τίτθην Ἱέρων Σειληνίδα, τὴν, ὅτε πίνοι
Ζωρὸν, ὑπ' οὐδεμιῆς θλιβομένην κύλικος,

III. Leonidae.

Bibax Maronis doliorum vaſtitas,
Pereſa ab annis hic jacet, cujus ſuper
Stat buſta facilis Atticus noſci calix.
Et nunc dolet ſepulta, non natis ſuper
Viroque, victus quos reliquit indigos,
Sed hoc ob unum, quod calix inanis eſt.

IV. Argentarii.

Garrula, quae Bromium plus quam Matertera nutrix
  Dilexit, ſenii grandis Ariſtomache,
Cum ſacram ſucceſſit humum, cum ſpiritus omnis
  Tabuit (hunc multus foverat ante calix)
Alloquitur Minoa, levem mihi da precor urnam,
  Ut nigro latices ex Acheronte feram.
Virginitas etiam periit mihi. finxerat illud,
  Nempe ut & umbra tamen dolia conſpiceret.

V. Antipatri.

Accuſem Bromii laticem magis, an Jovis imbrem,
  Neſcio; nam dubios fallit uterque pedes.
Poſt epulas rediit qui rure Polyxenus, ecce
  Hic jacet, ex collis decidit ille luto.
Quam nunc Smyrna viro procul Aeolis? imbre madentes,
  Quisquis es, ergo vias ebrius ire time.

VI. Dioscoridiae.

Hanc, ſibi quae nutrix, Hiero Silenida, nulla
  Quam delaſſarunt pocula plena meri;

Rure

Ἀγρῶν ἐντὸς ἔθηκεν, ἵν' ἡ φιλάκρητος ἐκείνη
Καὶ φθιμένη, ληνῶν γείτονα τύμβον ἔχῃ.

ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Τὴν ἱλαρὰν φωνὴν καὶ τίμιον, ὦ παριόντες,
Τῷ χρηστῷ χαίρειν εἴπατε Πραξιτέλει.
Ἦν δ' ὁ τῆς Μουσῶν ἱκανὴ μερὶς, ἠδὲ παρ' οἴνῳ
Κρήγυος. ὦ χαίροις, Ἄνδριε Πραξιτέλες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΚΑ'.

Εἰς Μοίχους.

ἈΓΑΘΙΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνὴρ,
Λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου·
Ἐξαπίνης δὲ δόμων ὀροφὴ πέσε, τοὺς δὲ κακούργους
Ἔσκεπεν ἀλλήλοις εἰσέτι μισγομένους.
Ξυνὴ δ' ἀμφοτέρους κατέχει παγὶς, εἰν ἑνὶ δ' ἄμφω
Κεῖνται, συζυγίης οὐκ ἔτι παυόμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΚΒ'.

Εἰς Ναυαγήσαντας.

ἈΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Καί σε, Κλεηνορίδη, πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης,
Θαρσήσαντα νότου λαίλαπι χειμερίῃ.
Ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος, ὑγρὰ δὲ τὴν σὴν
Κύματ' ἀμφ' ἱμερτὴν ἔκλυσεν ἡλικίην.

Rure ſuo poſuit, cupiens ut mortua quamvis
Sic quoque ſit dulci non procul illa lacu.

VII. Damageti.

Quisquis iter facis huc, blandaque piaque, memento,
Voce, rogaris ave dicere Praxiteli.
Nam fuit Aonidum bona portio, verus & inter
Pocula, ſis felix Andrie Praxiteles.

TITULUS XXI.

De Adulteris.

I. Agathiae, Oratoris.

Furtivis moechae complexibus uſus adulter
Gaudia carpebat, qualia jura vetant.
Cum ſubito domus ipſa ruit, pariterque jacentes
Opprimit, illicitus quos ſociabat amor.
Stringit adhuc illos communis nodus, in uno
Sunt duo, quaeque fuit copula, morte manet.

TITULUS XXII.

De Naufragis.

I. Anacreontis Teji.

Et tibi, dum vitam credis brumalibus auſtris,
Mortis, amor patriae, cauſa, Cleënoride.
Interclusit hyems te perfida, verque juventae
Abſterſit pelagi triſte furentis aqua.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εἴη ποντοπόρῳ πλόος οὔριος, ἢν δ' ἄρ' ἀήτης,
  Ὡς ἐμὲ, τοῖς Ἀΐδεω προσπελάσῃ λιμέσι,
Μεμφέσθω μὴ λαῖτμα κακόξεινον, ἀλλ' ἕο τόλμαν,
  Ὅστις ἀφ' ἡμετέρου πείσματ' ἔλυσε τάφου.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ, ὁ δ' ἀντίον, ἐστὶ γεωργοῦ·
  Ὡς ἁλὶ καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ' Ἀΐδης.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ Διοκλέος· οἱ δ' ἀνάγονται,
  Φεῦ τόλμης, ἀπ' ἐμοῦ πείσματα λυσάμενοι.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Ναυτίλοι, ἐγγὺς ἁλὸς τί με θάπτετε; πολλὸν ἄνευθεν
  Χῶσαι ναυηγοῦ τλήμονα τύμβον ἔδει.
Φρίσσω κύματος ἦχον, ἐμὸν μόρον. ἀλλὰ καὶ οὕτως,
  Χαίρετε, Νικήτην οἵτινες οἰκτείρετε.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ναυηγόν με δέδορκας· ὃν ἡ κτείνασα θάλαττα,
  Γυμνῶσαι πυμάτου φάρεος ᾐδέσατο,
Ἄνθρωπος παλάμῃσιν ἀταρβήτοις μ' ἀπέδυσεν,
  Τόσσον ἄγος τόσσου κέρδεος ἀράμενος.
Κεῖνό κεν ἐνδύσαιτο, καὶ εἰς Ἀΐδαο φέροιτο,
  Καί μιν ἴδοι Μίνως τοὐμὸν ἔχοντα φάρος.

II. Leonidae.

Sit nautae felix opto via; ſi tamen, ut me,
Ad Stygios portus hunc quoque ventus agat,
Aequora ne moriens incuſet inhoſpita, ſed ſe,
Auſus ab hoc tumulo ſolvere vincla ratis.

III. Platonis.

Naufragus hic jaceo, contra jacet ecce colonus.
Sic Orcus terris unus aquisque ſubeſt.

IV. Leonidae.

Naufragus hic jaceo Diocles. audacia quanta eſt?
Eſt hinc quae capiat per mare navis iter.

V. Posidippi.

Quid prope me pelagus nautae ſepelitis? ab undis
Debueram longe naufragus eſſe ſitus.
Horreſco mea fata, ſonum maris. attamen & ſic
Queis Niceta fui cura, valere volo.

VI. Platonis.

Qui truce naufragio vitam mihi pontus ademit,
Interula veritus me ſpoliare fuit.
Hanc quoque detraxit nobis manus impia veſtem,
Per facinus tantum tantula lucra petens.
Induat hanc teneatque, & ad Orcum deferat, ipſum
Ut videat Minos tegmen habere meum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλωτῆρες σώζοισθε καὶ εἰν ἁλὶ καὶ κατὰ γαῖαν·
Ἴστε δὲ ναυηγοῦ σῆμα παρερχόμενοι.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τούσδε ποτ' ἐκ Σπάρτας ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
Ἓν πέλαγος, μία νὺξ, ἓν σκάφος ἐκτέρισεν.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
Παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
Οὔνομα καὶ κενὸν σᾶμα παρερχόμεθα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
Ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε. χὼ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός· ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων,
Κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε, Φεῦγε θαλάττῃ
Συμμίσγειν ἐρίφων, ναυτίλε, δυομένων.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εὔρου με τρηχεῖα καὶ αἰπήεσσα καταιγὶς,
Καὶ νὺξ, καὶ δνοφερῆς κύματα πανδυσίης
Ἔβλαψ' Ὠρίωνος· ἀπώλισθον δὲ βίοιο
Κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς.
Κἀγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κύρμα
Οἴχημαι· ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος.

VII. Ejusdem.

Proſpera, nauta, tibi mare ſint & terra: ſed illud
Scito tamen, condor naufragus hoc tumulo.

VIII. Simonidae.

Hos Spartana ferunt dum Phoebo dona, peremit
Nox una, unius vis maris, una ratis.

IX. Callimachi.

Debuerant non eſſe rates: non jam gemeremus
Nate Dioclidae Sopoli morte tua.
Nunc miſer ipſe mari raptaris mortuus: at nos
Aſpicimus tantum nominis hunc tumulum.

X. Ejusdem.

Naxius in terra ſoſpes Lycus in maris unda
Et peſſum vitam vidit & ire ratem;
Dum venit Aegina mercator. fluctibus ille
Nunc agitur: tumulus nomen inane gero.
Accipe nunc monitum verax. cum pontus it haedos
Mergere, cum ponto ſit tibi nauta nihil.

XI. Leonidae.

Nox gravis, & totus pelagi jam factus Orion,
Et turbans Euri ſaeva procella fretum,
Callaeſchro nocuere mihi: namque excido vita,
Dum medium Libyci gurgitis aequor aro.
Jamque feris ego praeda natantibus aequore volvor.
Hic tumulus mendax nil niſi nomen habet.

ΓΑΙΤΟΥΛΙ'ΟΥ.

Ἁ Πελοπόννησος καὶ δύσπλοος ὤλεσε Κρήτα,
Καὶ Μαλέου τυφλαὶ καμπτομένου σπιλάδες,
Δάμιδος Ἀςυδάμαντα, Κυδώνιον. ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη
Ἔπλησεν θηρῶν νηδύας εἰναλίων·
Τὸν ψεύςαν δέ με τύμβον ἐπὶ χθονὶ θέντο· τί θαῦμα;
Κρῆτες ὅπου ψεῦςαι, καὶ Διός ἐςι τάφος.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
Αἰὲν ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ.
Ναυαγοῖο τὸ μνῆμα· τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης
Αὖθις ἀναμνῆσαι τὸν κατὰ γῆς ἐθέλεις;

ἸΣΙΔΩ'ΡΟΥ ἈΙΓΕΑ'ΤΟΥ,

ἀπὸ ναυηγοῦ πρὸς γεηπόνον.

Τὸ χῶμα, τύμβος ἐςίν· ἀλλὰ τὼ βόε
Ἐπίσχες οὗτος, τὴν ὕνιν τ' ἀνάσπασον.
Κινεῖς σποδὸν γάρ. ἐς δὲ τοιαύτην κόνιν
Μὴ σπέρμα πυρῶν, ἀλλὰ χεῦε δάκρυα.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Οὐδετέρης ὅλος εἰμὶ θανὼν νέκυς, ἀλλὰ θάλαττα
Καὶ χθὼν τὴν ἀπ' ἐμεῦ μοῖραν ἔχουσιν ἴσην.
Σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες· ὀςέα δ' αὖτε
Βέβραςαι ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠϊόνι.

XII. Gaetulii.

Terra vetus Pelopis ratibusque improſpera Crete
Perdidit & flexus, caeca Malea, tui,
Damidos Aſtydamanta Cydonion: ille marinas
Jam pridem pavit caerula monſtra feras:
At mihi dat mendax Cretes, gens vana, ſepulchrum.
Nec mirum eſt: apud hos & Jovis eſt tumulus.

XIII. Incerti.

Dic, tibi quid toties remos, aerataque ſuadet
Roſtra ſuper gelidas pingere relliquias?
Naufragus hic ſitus eſt. ſed cur meminiſſe ſepultos
Sub terra cogis, quod malefecit aqua.

XIV. Isidori Aegeatae,
pro Naufrago ad agricolam.

Iſtud ſepulchrum eſt agger. inhibeto boves,
Colone, & ipſum vomerem ſuſpendito.
Quid dedicatam Manibus ſedem moves?
Haec terra non vult Cerere, ſed lachrymis ſeri.

XV. Antipatri.

Non tellus totum, non me tenet unda, ſed aequam
Terra mei partem, nec minus aequor habet.
Piſcibus eſca caro facta eſt mea: littore ſummo
Huc ejecta maris fluctibus oſſa jacent.

XVI.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

'Ανθέα τὸν ναυηγὸν ἐπὶ ϛόμα Πηνειοῖο
Νυκτὸς ὑπὲρ βαιῆς νηξάμενον σανίδος,
Μούνιος ἐκ θάμνοιο θορὼν λύκος ἄσκοπον ἄνδρα
Έκτανεν. ὦ γαίης κύματα πιϛότερα.

ΣΤΑΤΥΛΛΙ'ΟΥ ΦΛΑ'ΚΚΟΥ.

Λαίλαπα καὶ μανίην ὀλοῆς προφυγόντα θαλάττης
Ναυηγὸν, Λιβυκαῖς κείμενον ἐν ψαμάθοις,
Οὐχ ἑκὰς ἠϊόνων, πυμάτῳ βεβαρημένον ὕπνῳ,
Γυμνὸν, ἀπὸ ϛυγερῆς ὃς κάμε ναυφθορίης,
Έκτανε λυγρὸς ἔχις· τί μάτην πρὸς κύματ' ἐμόχθει
Τὴν ἐπὶ γῆς φεύγων μοῖραν ὀφειλομένην;

'ΙΣΙΔΩ'ΡΟΥ.

Οὐ χεῖμα Νικόφημον, οὐκ ἄϛρων δύσις
'Αλὸς Λιβύσσης κύματος κατέκλυσεν,
'Αλλ' ἐν γαλήνῃ, φεῦ τάλας, ἀπηνέμῳ,
Πλόῳ πεδηθεὶς, ἐφρύγη δίψης ὕπο.
Καὶ τοῦτ' ἀήτων ἔργον. ἆ πόσον κακὸν
Ναύταισιν, ἢ πνέοντες, ἢ μεμυκότες.

ΤΥΛΛΙ'ΟΥ ΛΑΥΡΕ'Α.

Γρυνέα τὸν πρέσβυν, τὸν ἁλιτρύτου ἀπὸ κύμβης
Ζῶντα, τὸν ἀγκίϛροις καὶ μογέοντα λίνοις,
Έκ δεινοῦ τρηχεῖα νότου κατέδυσε θάλαττα,
Έβρασε δ' εἰς κροκάλην πρώϊον ἠϊόνα,
Χεῖρας ἀποβρωθέντα. τίς οὐ νόον ἰχθύσιν εἴποι
Έμμεναι, οἳ μούνας, αἷς ὀλέκοντο, φάγον;

ΛΕΩ-

XVI. Ejusdem.

Cum prope jam ſalvus Penei naret in ore
Antheus exigua naufragus in tabula;
Exſiliens ſilva miſerum lupus enecat. eheu!
Fida minus tellus, quam maris unda fuit.

XVII. Statilii Flacci.

Dum fugiens ſaevis agitatus flatibus undas
Naufragus in Libyca jam requieſcit humo,
Membra ſopore gravi domitus, non littore longe,
Nudus ab aequoreis vix recreatus aquis,
Vipereo perit ore. quid heu pugnabat in undas
Ut fugeret terris debita fata ſibi?

XVIII. Isidori Aegeatae.

Hunc Nicophemum non hyems, non ſiderum
Occaſus, Afri non furor merſit ſali.
Sed per ſerenam (quis putet) pellaciam
In nave captus arſit inſana ſiti.
Et hoc patravit ventus. is nautis malum
Immane ſeu flat, ſive ſopitus ſilet.

XIX. Tullii Laureae.

Grynea longaevum, cui lino dives & hamo
Cymba dabat vitam non minus ipſa ſenex,
Obruit unda ſali commota furentibus Auſtris:
Poſtera littoribus reddidit orta dies,
Abſumtis manibus; piſces ratione quis uti
Jam neget? hoc ſolum, quo periere, vorant.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ, ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Θῆριν τὸν τριγέροντα, τὸν εὐάγρων ἀπὸ κύρτων
  Ζῶντα, τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον·
Ἰχθύσι ληϊςῆρα, σαγηνέα, χηραμοδύτην,
  Οὐχὶ πολυσκάλμου πλώτορα ναυτιλίης,
Ἔμπης οὔτ᾽ Ἀρκτοῦρος ἀπώλεσεν, οὔτε καταιγὶς
  Ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας·
Ἀλλ᾽ ἔθαν᾽ ἐν καλύβῃ σχοινίτιδι, λύχνος ὁποῖα,
  Τῷ μακρῷ σβεσθεὶς ἐν χρόνῳ αὐτόματος.
Σῆμα δὲ τῷδ᾽ οὐ παῖδες ἐφήρμοσαν, οὐδ᾽ ὁμόλεκτρος,
  Ἀλλὰ συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος.

ἈΔΔΑΙΟΥ, ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Ὁ γριπεὺς Διότιμος, ὁ κύμασιν ὁλκάδα πιςὴν,
  Κὴν χθονὶ τὴν αὐτὴν οἶκον ἔχων πενίης·
Νήγρετον ὑπνώσας, τὸν ἀμείλιχον ἵκετο πρὸς Ἅδην
  Αὐτερέτης ἰδίῃ τῇ κομιζόμενος.
Ἣν γὰρ ἔχε ζωῆς παραμύθιον, εἶχεν ὁ πρέσβυς
  Καὶ φθίμενος πύματον πυρκαϊῆς ὄφελος.

ἈΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Δύσμορος ἐκρύφθη πόντῳ νέκυς, ὃν παρὰ κῦμα
  Ἔκλαυσεν μήτηρ μυρία Λυσιδίκη,
Ψεύςην αὐγάζουσα κενὸν τάφον· ἀλλά με δαίμων
  Ἄπνοον αἰθυίαις θῆκεν ὁμορρόθιον,
Πυθαγόρην· ἔσχον δὲ κατ᾽ Αἰγαίην ἅλα πότμον,
  Πρυμνούχους ςέλλων ἐκ Βορέαο κάλως.
Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς ναύτην ἔλιπον δρόμον, ἀλλ᾽ ἀπὸ νηὸς,
  Ἄλλην παρ᾽ φθιμένοις εἰσενέβην ἄκατον.

XX. Leonidae, Tarentini.

Ille ſenex Theris fulicis qui ſaepius ipſis
  Navit, ab aequoreo cui grege victus erat;
Perreptans cava, praedo maris felixque ſagena
  Unicus in miſera cui rate ſcalmus erat.
Non tamen Arcturo debet, neque triſtibus auſtris,
  Quod tot ab annorum curſibus exciderat.
Pauperis occubuit tuguri ſub culmine, qualis
  Igne abſumpta ſuo ſponte lucerna perit.
Non nati non uxor ei poſuere ſepulchrum,
  Sed piſcatorum junctus in arte chorus.

XXI. Addaei, Mitylenaei.

Qua rate captabat Diotimus in aequore piſces,
  Cum tenuit terras, haec domus ipſa fuit.
Quem cum perpetuus preſſit ſopor, ivit in illa
  Ad manes, remex & fuit ipſe ſibi.
Praebuerat quae namque ſeni ſolatia vitae,
  Officium ſummum praebuit illa rogo.

XXII. M. Argentarii.

Exanimum mare corpus habet, quod triſtis ad undas
  Lyſidice flevit victa dolore parens,
Dum tumulum ſpectat vacuum. Sed in aequore fata
  Jactari mergis me voluere parem
Pnytagoram. Boreae dum flatibus apto rudentes,
  Abſtulit Aegaei me gravis ira freti.
Sed neque nave vehi deſii tamen, hac rate namque
  Expoſitum cepit me Stygis atra ratis.

ΕΤΡΟΥΣΚΟΥ, ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Ἡ μία καὶ βιότοιο καὶ Ἄϊδος ἤγαγεν εἴσω
Ναῦς Ἱεροκλείδην, κοινὰ λαχοῦσα τέλη.
Ἔτρεφεν ἰχθυβολεῦντα, κατέφλεγε τεθνειῶτα,
Σύμπλοος εἰς ἄγρην, σύμπλοος εἰς Ἀΐδην.
Ὄλβιος ὁ γριπεὺς ἰδίῃ καὶ πόντον ἐπέπλει
Νηΐ, καὶ ἐξ ἰδίης ἔδραμεν εἰς Ἀΐδην.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἠπείρῳ μ' ἀποδοῦσα νέκυν τρηχεῖα θάλαττα,
Σύρεις καὶ τέφρης λοιπὸν ἔτι σκύβαλον.
Κἠν Ἀΐδη ναυηγὸς ἐγὼ μόνος, οὐδ' ἐπὶ χέρσου
Εἰρήνην ἕξω Φρικαλέης σπιλάδος.
Ἢ τύμβευε κρατοῦσα καθ' ὕδατος, ἢ παραδοῦσα
Γαίῃ, τὸν κείνης μηκέτι κλέπτε νέκυν.

ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
Ὦσεν, ὅτ' εἰς ἄκρην ἦλθε τυραννοφόνος.
Ἀλλὰ δίκη μιν ἔθαψεν· ἀποσπασθεῖσα γὰρ ὄχθη
Πᾶν δέμας ἐς κορυφὴν ἐκ ποδὸς ἐκτέρισεν.
Κεῖται δ' οὐχ ὑδάτεσσι διάβροχος· αἰδομένη δὲ
Γῆ κεύθει τὸν ἑῆς ὅρμον ἐλευθερίης.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ, ΣΙΝΩΠΕΩΣ.

Λαῖλαψ, καὶ πολὺ κῦμα, καὶ ἀντολαὶ Ἀρκτούροιο,
Καὶ σκότος, Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγευς,

Ταῦθ'

XXIII. Etrusci, Messenii.

Fida Hieroclidae vitae mortiſque miniſtra,
Officium duplex praeſtitit una ratis.
Hinc epulas habuit piſcator, mortuus ignem:
Sic comes ad praedas, ad Styga facta comes.
Felix ille ſua ſciderat qui nave profundum,
Infernumque ſua nave cucurrit iter.

XXIV. Philippi, Thessalonicensis.

Expoſitum terris nec ſic in pace relinquis,
Sed cineres vexas aequoris unda meos.
Unus poſt mortem ſum naufragus, horrida cogor,
Cum teneam terras, ſaxa timere maris.
Aut me ſume tuis & fluctibus obrue totum,
Aut tibi ne terrae tradita membra pete.

XXV. Bianoris.

Te captum in media, Clitonyme, caede tyranni
Piſcibus & fluvio gens inimica dabant.
Non tulit invidiam tantam Deus arbiter aequi
Ripaque te totum lapſa repente tegit.
Non igitur vir fortis aquis agitabere: juſta
Pro libertatis vindice fecit humus.

XXVI. Heraclidae, Sinopensis.

Nox gravis Aegaeumque furens in fluctibus aequor
Arcturusque oriens, & freta nimbus agens;

Ταῦθ' ἅμα πάντα κύκησεν ἐμὴν νέα· τριχθὰ δὲ κλασθεὶς
  Ἱστὸς, ὁμοῦ φόρτῳ κἀμὲ κάλυψε βυθῷ.
Ναυηγὸν κλαίοιτε παρ' αἰγιαλοῖσι, γονῆες,
  Τλησιμένη, κωφὸν στησάμενοι λίθακα.

ἘΡΥΚΊΟΥ.

Οὐχ ὅδε δειλαίου Σατύρου τάφος, οὐδ' ὑπὸ ταύτῃ,
  Ὡς λόγος, εὔνασται πυρκαΐῃ Σάτυρος,
Ἀλλ' εἴπου τινὰ πόντον ἀκούετε πικρὸν ἐκεῖνον,
  Τὸν πέλας αἰγονόμου κλυζόμενον Μυκάλης,
Κείνῳ δινήεντι καὶ ἀτρυγέτῳ ἔτι κεῖμαι
  Ὕδατι μαινομένῳ, μεμφόμενος Βορέην.

ΘΕΑΙΤΉΤΟΥ.

Ναυτίλοι ὦ πλώοντες, ὁ Κυρηναῖος Ἀρίστων
  Πάντας ὑπὲρ ξενίου λίσσεται ὔμμε Διὸς,
Εἰπεῖν πατρὶ Μένωνι, παρ' Ἰκαρίαις ὅτι πέτραις
  Κεῖται, ἐν Αἰγαίῳ θυμὸν ἀφεὶς πελάγει.

ἈΣΚΛΗΠΙΆΔΟΥ.

Ὦ παρ' ἐμὸν στείχων κενὸν ἠρίον, εἰπὸν ὁδῖτα,
  Εἰς Χίον εὖτ' ἂν ἵκῃ, πατρὶ Μελησαγόρῃ,
Ὡς ἐμὲ μὲν καὶ νῆα καὶ ἐμπορίην κακὸς Εὖρος
  Ὤλεσεν, Εὐίππου δ' αὐτὸ λέλειπτ' ὄνομα.

ΠΈΡΣΟΥ.

Εὔρου χειμέριαί σε καταιγίδες ἐξεκύλισσαν,
  Φιλλὶ, πολυκλαύτῳ γυμνὸν ἐπ' ἠϊόνι,

Οἰη-

Tanta meam petiere ratem mala; fracta ter arbor
  Me maris in fundum miſit onusque ſimul.
Tleſimenem triſtes ad littora flete parentes,
  Et facite ut teneat nomen inane lapis.

XXVII. Erycii, Thessali.

Non eſt hic Satyri tumulus, ne credite famae:
  Relliquias Satyri non tegit iſte rogus.
Horriſonum veſtras ſi quod mare venit ad aures,
  Quod Mycales pulſat paſcua grata capris,
Illius in vaſtis & triſte furentibus undis
  Nunc etiam jaceo, deque Aquilone queror.

XXVIII. Theaeteti.

Obſecrat, o nautae, vos Cyrenaeus Ariſto,
  Per, dedit hoſpitibus qui pia jura, Jovem:
Aegaeis fluitare Menon pater audiat illum,
  Fluctibus Icariis non procul a ſcopulis.

XXIX. Asclepiadae.

Si Chion advenias, tumulum qui cernis inanem,
  Dic, hoſpes, patri, quaeſo Meleſagorae,
Meque ratemque & onus ſaevo periiſſe ſub Euro,
  Evippi nomen, plus nihil eſſe ſuper.

XXX. Persae.

Ejecit te, Philli, ferens ad littora nudum
  Euro flante gravi concita triſtis hyems.

Les-

Οἰτηρῆς Λέσβοιο παρὰ σφυρόν· αἰγίλιπος δὲ
 Πέτρου ἁλιβρέκτῳ κεῖσαι ὑπὸ πρόποδι.

ΝΙΚΑΙΝΕ´ΤΟΥ.

Ἠρίον εἰμὶ Βίτωνος, ὁδοιπόρε· εἰ δὲ Τορώνην
 Λείπων, εἰς αὐτὴν ἔρχεαι Ἀμφίπολιν,
Εἰπεῖν Νικαγόρᾳ, παίδων ὅτι τὸν μόνον αὐτῷ
 Στρυμονίης ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη.

ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ.

Ἀρχαίης ὦ θινὸς ἐπεστηλωμένον ἄχθος,
 Εἴποις ὅντιν᾽ ἔχεις, ἢ τίνος, ἢ ποδαπόν.
Φίντων᾽, Ἑρμιονῆα, Βαθυκλεός, ὃν πολὺ κῦμα
 Ὤλεσεν, Ἀρκτούρου λαίλαπι χρησάμενον.

ΤΟΥ῀ Α᾽ΥΤΟΥ῀.

Πάρμις ὁ Καλλιγνώτου ἐπάκτιος, ὃς καλαμευτὴς
 Ἄκρος, καὶ κίχλης καὶ σκάρου ἰχθυβολεύς,
Καὶ λάβρου πέρκης δελεάρπαγος, ὅσσά τε κοίλας
 Σήραγγας, πέτρας τ᾽ ἐμβυθίους νέμεται,
Ἄγρης ἐκ πρώτης, ὅτ᾽ ἰουλίδα πετρήεσσαν
 Δακνάζων, ὀλοὴν ἐξ ἁλὸς ἀράμενος,
Ἔφθιτ᾽. ὀλισθηρὴ γὰρ ὑπ᾽ ἐκ χερὸς ἀΐξασα,
 Ὤχετ᾽ ἐπὶ στεινὸν παλλομένη φάρυγα.
Χὼ μέν, μηρίνθων, καὶ δούνακος, ἀγκίστρων τε
 Ἐγγύς, ἀπὸ πνοιὴν ἧκε κυλινδόμενος,
Νήματ᾽ ἀναπλήσας ἐπιμοίρια· τοῦ δὲ θανόντος
 Γρίπωνος γριπεὺς τοῦτον ἔχωσε τάφον.

ΦΛΑ´-

Lesbos ubi finem capit inſula, ſub pede ſaxi
  Exſtantis, pelagi quod ferit unda, jaces.

XXXI. Nicaeneti.

Ipſa Bitonis habes hospes monumenta: Torone
  Digreſſum ſi te fert iter Amphipolim,
Nicagorae dicas, de matre quod unicus illi
  Strymonia periit, dum ſubit haedus aquas.

XXXII. Leonidae.

Dic lapidum, in veteri qui littore ſurgis, acerve,
  Quem, cujus natum patris & unde tegis?
Phintona Hermionea Bathycleis: abſtulit illum
  Arcturi turbans ſaeva procella fretum.

XXXIII. Ejusdem.

Callignotiades princeps in arundine Parmis,
  Seu vaga perca, ſcarus ſeu capiendus erat,
Seu turdus pelagi, madidis ſeu quidquid in antris
  Delitet, aut per aquis abdita ſaxa natat,
Spumantes genitam maris inter Iülida rupes
  Caeruleae ſpolium nobile cepit aquae.
Et periit: namque illa manus elapſa tenentis
  Transiit in fauces ſe jaculata viri.
Sic ille & calamos, & retia propter & hamos
  Collabens animam ponit, ibique jacet.
Expletis filis fatalibus: illius umbrae
  Griponis Gripeus erigit hunc tumulum

ΦΛΑ΄ΚΚΟΥ.

Ἕβρου χειμερίοις ἀταλὸς κρυμοῖσι πεδηθεὶς
Κοῦρος, ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον.
Τοῦ παρασυρομένοιο περιῤῥαγὲς αὐχέν' ἔκοψε
Θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
Καὶ τὸ μὲν ἡρπάσθη δίναις μέρος. ἡ δὲ τεκοῦσα
Λειφθὲν ὕπερθε τάφου μοῦνον ἔθηκε κάρα.
Μυρομένη δὲ τάλαινα, τέκος, τέκος, εἶπε, τὸ μέν σου
Πυρκαϊὴ, τὸ δέ σου πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ.

ἈΔΕ΄ΣΠΟΤΟΝ.

Πάντα τις ἀρήσαιτο φυγεῖν πλόον, ὁππότε καὶ σὺ,
Θεύγενες, ἐν Λιβυκῷ τύμβον ἔθευ πελάγει,
Ἡνίκα σοι κεχμηὸς ἐπέπτατο φορτίδι νηΐ
Οὖλον ἀνηρίθμων κεῖνο νέφος γεράνων.

ΛΕΩΝΙ΄ΔΟΥ.

Ναυηγὸς γλαύκοιο φυγὼν Τρίτωνος ἀπειλὰς
Ἀνθεὺς, Φθιώτην οὐ φύγεν αἰνόλυκον.
Πηνείου παρὰ χεῦμα γὰρ ὤλετο. φεῦ τάλαν, ὅστις
Νηρεΐδων Νύμφας ἔσχες ἀπιστοτέρας.

ἸΟΥΛΙΆΝΟΥ.

Χαῖρε μοι, ὦ ναυηγέ, καὶ εἰς Ἀΐδαο περήσας,
Μέμφεο μὴ πόντου κύμασιν, ἀλλ' ἀνέμοις.
Κεῖνοι μέν σ' ἐδάμασσαν· ἁλὸς δέ σε μείλιχον ὕδωρ
Ἐς χθόνα καὶ πατέρων ἐξεκύλισσε τάφους.

TOY

XXXIV. Flacci.

Dum puer adſtricto glacie laſcivit in Hebro,
Ceſſit ad inſtanteis frigida teſta pedes.
Illapſi tenerum caput a cervice recidit
Pars de Biſtonio flumine vincta gelu.
In mare fert truncum fluvii violentia: mater
Nil, capite excepto, quod tumularet, habet:
Et graviter lugens, fili cariſſime, dixit,
Hoc ignis, quod abeſt, jam ſepelivit aqua.

XXXV. Incerti.

Utatur nemo poſt hac rate, Theugenes, ex quo
Vita tibi Libyco deſiit hauſta mari:
Cum tamen illa gruum nubes defeſſa volatu
In transtris voluit ſe poſuiſſe tuis.

XXXVI. Leonidae.

Qui modo caerulei Tritonis fugerat iras
Antheus, Phthioten non fugit ecce lupum.
Peneoque perit in flumine. Cur, rogo, nymphae,
Nereides, quam vos ſunt meliore fide.

XXXVII. Juliani.

Naufrage noſter ave, cumque ad Styga veneris, umbra
Accuſa venti flamina non pelagus;
Illi cauſa necis: ſed te maris unda faventis
Pertulit ad terras, & ſacra buſta patrum.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Πλώεις ναυηγὸν με λαβὼν, καὶ σήματι χώσας.
  Πλῶε, Μαλειάων ἄκρα φυλασσόμενος.
Αἰεὶ δ' εὐπλοΐην μαθέποις, φίλος. ἢν δέ τι ῥέξῃ
  Ἄλλο τύχη, τοίων ἀντιάσαις χαρίτων.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Οὔτι σε πόντος ὄλεσσε, καὶ οὐ πνείοντες ἀῆται,
  Ἀλλ' ἀκόρητος ἔρως φοιτάδος ἐμπορίης.
Εἴη μοι γαίης ὀλίγος βίος· ἐκ δὲ θαλάττης
  Ἄλλοισιν μελέτω κέρδος ἀελλομάχον.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

Χθών σε τέκεν, πόντος δὲ διώλεσε· δέκτο δὲ θῶκος
  Πλουτῆος· κεῖθεν δ' οὐρανὸν εἰσανέβης.
Οὐχ ὡς ναυηγὸς δὲ βυθῷ θάνες, ἀλλ' ἵνα πάντων
  Κλήροις ἀθανάτων, Πάμφιλε, κόσμον ἄγῃς.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς Ὑπάτιον ἀδελφιδοῦν τοῦ
βασιλέως Ἀναςασίου.

Ὑπατίου τάφος εἰμί· νεκὺν δ' οὐ φημὶ καλύπτειν
  Τόσσου τόσσος ἐὼν Αὐσονίων προμάχου.
Γαῖα γὰρ αἰδομένη λιτῷ μέγαν ἀνέρα χῶσαι
  Σήματι, τῷ πόντῳ μᾶλλον ἔδωκεν ἔχειν.

ἈΝΤΙΦΙ'ΛΟΥ.

Ἤδη που πάτρης πελάσας σχεδὸν, αὔριον, εἶπον,
  Ἡ μακρὴ κατ' ἐμοῦ δυσπλοΐη κοπάσει.

Οὔπω

XXXVIII. Ejusdem.

Pergis iter pelagi? me, quem mare merſit, humato.
Perge, ſed o Maleae perfida ſaxa cave.
I precor, i felix: ſed ſi fortuna quid in te
Peccarit, fiat, quod facis ipſe, tibi.

XXXIX. Ejusdem.

Non tibi cauſa necis venti, neque Nereos unda,
Verum ex merce lucri non ſatiatus amor.
Vita ſit in terra tenuis mihi: quos maris urit
Quaeſtus, eant, & cum turbine bella gerant.

XL. Ejusdem.

Tellus te genuit, mare perdidit, accipit Orcus,
Inde petis ſummi lucida templa poli.
Non hoc paſſus eras ut naufragus, optime, ſed tu
Pamphile, ut ornares omnia regna Deûm.

XLI. Ejusdem,

de Hypatio cognato Imperatoris Anaſtaſii, quem Imperator Juſtinianus ſubmergi juſſit.

Hypatii ſpector tumulus, ſed non tego corpus
Auſonidum tanti tantulus ipſe Ducis.
Namque viri meritis nullum ſatis eſſe ſepulchrum
Terra putans ipſum donat habere mari.

XLII. Antiphili.

Dicebam patriam pervectus jam prope, noſter
Cras capiet finem per freta longa labor.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂.

῎Ατρομος ἐκ τύμβου λύε πείσματα ναυηγοῖο·
Χ᾽ἡμῶν ὀλλυμένων ἄλλος ἐποντοπόρει.

῎ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐμπορίης λήξαντα Φιλόκριτον, ἄρτι δ' ἀρότρου
Γευόμενον, ξείνη Μέμφις ἔκρυψε τάφῳ·
῎Ενθα δραμὼν Νείλοιο πολὺς ῥόος ὕδατι λάβρῳ
Τ' ἀνδρὸς τὴν ὀλίγην βῶλον ἀπημφίασε.
Καὶ ζωὸς μὲν ἔφευγε πικρὴν ἅλα, νῦν δὲ καλυφθεὶς
Κύμασι, ναυηγὸν σχέτλιος ἔσχε τάφον.

῾ΗΡΑΚΛΕΙ'ΔΟΥ.

῎Απισχ' ἄπισχε χεῖρας, ὦ γεωπόνε,
Μηδ' ἀμφίταμνε τὰν ἐν ἠρίῳ κόνιν.
Αὐτὰ κέκλαυται βῶλος· ἐκ κεκλαυμένας
Δ' οὔτοι κοματὸς ἀναθαλήσεται στάχυς.

ΓΛΑΥ'ΚΟΥ.

Οὐ κόνις, οὐδ' ὀλίγον πέτρας βάρος, ἀλλ' Ἐρασίππου,
῝Ην ἐσορᾷς αὕτη πᾶσα θάλασσα, τάφος.
῎Ωλετο γὰρ σὺν νηΐ. τὰ δ' ὀστέα ποῦ ποτ' ἐκείνου
Πύθεται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Δύσμορε Νικᾶνορ, πολιῷ μεμορημένε πόντῳ,
Κεῖσαι δὴ ξείνῃ γυμνὸς ἐπ' ἠϊόνι,

῾Η

XLVII. Ejusdem.

Aude de tumulo ſubmerſi ſolvere funem:
Tunc quoque cum perii, quos mare ferret, erant.

XLVIII. Incerti.

Mercator fuerat, ſed rure Philocritus emto
Memphidos externam mortuus intrat humum.
Nilus ibi violentus erat, glebamque ſepulti
Exiguam rapidis ad mare portat aquis.
Qui ſcelus undarum vivens effugerat, undis
Conditur, & tandem naufragus in tumulo eſt.

XLIX. Heraclidae.

Ab hac arator abſtine terra manum,
Nec, quos ſepulchrum condit hoc, cineres ſeca.
Haec terra fletu maduit: at numquam ſeges
De lachrymata ſuſtulit terra comam.

L. Glauci, Nicopolitae.

Non lapis eſt, non eſt Eraſippi terra ſepulchrum,
Sed ſub conſpectum quod jacet, omne mare.
Cum rate nam periit, ſed ubi nunc oſſa putreſcant,
Hoc dicent mergi, queis puto noſſe datum eſt.

LI. Antipatri, Thessalonicensis.

Ah miſer aequoreis Nicanor merſe ſub undis,
Nudus in externo littore nempe jaces;

Ἢ σύ γε πρὸς πέτρῃσι· τὰ δ' ὄλβια κεῖνα μέλαθρα
Φροῦδά τε, καὶ πάσης ἐλπὶς ὄλωλε Τύρου.
Οὐδέ τι σε κτεάνων ἐῤῥύσατο, φεῦ ἐλεεινέ,
Ὤλεο μοχθήσας ἰχθύσι καὶ πελάγει.

ΘΕΟΚΡΙ'ΤΟΥ.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθι, ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.

ΘΕΟΔΩΡΙ'ΔΟΥ.

Κλῆιδες πόντου, καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος,
Τίμαρχ', ὑβριςὴς τ' ὤλεσε λὶψ ἄνεμος.
Νηΐ τε, σὺν φόρτῳ τε· κόνιν δ' οὐδ' ἀμφιμέλαιναν
Δέξαντ' οἴζυροὶ, σχέτλιε, κηδεμόνες.

ὈΝΕ'ΣΤΟΥ, ΚΟΡΙΝΘΙ'ΟΥ.

Οὔνομα κηρύσσει Τιμοκλέος, εἰς ἅλα πικρὴν
Πάντη σκεπτομένη που ποτ' ἄρ' ἐςὶ νέκυς.
Αἶ, αἶ, τὸν δ' ἤδη φάγον ἰχθύες· ἡ δὲ περισσὴ
Πέτρος ἐγὼ τὸ μάτην γράμμα τυπωθὲν ἔχω.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ναυτίλε, μὴ πεύθου τίνος ἐνθάδε τύμβος ὅδ' εἰμὶ,
Ἀλλ' αὐτὸς πόντου τύγχανε χρηςοτέρου.

ΔΙΟΔΩ'ΡΟΥ.

Ἔῤῥοις, Ἰονίοιο πολυπτοίητε θάλαττα,
Νηλειὴς, Ἀΐδεω πορθμὲ κελαινοτάτου,

Ἡ

Aut aliqua ſub rupe: vacant illa inclyta tecta,
  Et tecum periit ſpes quoque tota Tyri.
Nec tot opes potuere tibi defendere laeva
  Fata, laboraſti piſcibus & pelago.

LII. Theocriti.

Sis animae parcens: alieno tempore tenta
  Nec mare: nec longa eſt ſic quoque vita viris.

LIII. Theodoridae.

Clides & excurrens Salamin ventusque nocens Lips,
  Timarche, exitii cauſa fuere tui.
Cum navi, cum merce: nec heu, pia turba, propinqui,
  Terram injecerunt, o miſerande, tibi.

LIV. Onestae, Corinthii.

Concelebro nomen Timocleis, undique pontum
  Proſpectans, ſi qua pareat exanimis.
Ah cibus ille fuit jam piſcibus, aſt ego reſto,
  Fruſtra ſcripta ferens nomina vana lapis.

LV. Incerti.

Navita, ſim cujus tumulus, ne quaerere cura:
  Hoc ſatis eſt: freta ſint proſperiora tibi.

LVI. Diodori.

Jonium pereas, miſereſcens nullius unda,
  Trajectus facilis Ditis ad atra vada;

 No-

Ἢ τόσσους κατέδεξο. τίς ἂν τεὰ, κάμμορε, λέξαι
Αἴσυλα, δυστήνων αἶσαν ὀπιζόμενος,
Ἄλγεα, καὶ Λαβέων ὅσον ὠκυμόροισιν ἑταίροις,
Νηΐ τε σὺν πάσῃ βρύξας ἁλιῤῥοθίῃ.

ἈΡΓΕΝΤΑΡΙΌΥ.

Οὗτος ὁ Καλλαίσχρου κενεὸς τάφος, ὃν βαθὺ χεῦμα
Ἔσφηλεν Λιβυκῶν εὐδρομέοντα πόρων.
Συρμὸς ὅτ' Ὠρίωνος ἀνεστρώφησε θαλάττης
Βένθος, ὑπὸ στυγερῆς οἴδματα πανδυσίης.
Καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκώμενον εἰν ἁλὶ θῆρες,
Κωφὸν δὲ στήλη γράμμα λέλογχε τόδε.

ΞΕΝΟΚΡΊΤΟΥ, ῬΟΔΊΟΥ.

Χαῖταί σου στάζουσιν ἔθ' ἁλμυρὰ, δύσμορε κούρη,
Ναυηγοῦ φθιμένης εἰν ἁλὶ, Λυσιδίκη.
Ἦ γὰρ ὀρινομένου πόντου δείσασα θαλάττης
Ὕβριν, ὑπὲρ κοίλου δούρατος ἐξέπεσες.
Καὶ σὸν μὲν φωνεῖ τάφος οὔνομα καὶ χθόνα Κύμην.
Ὀστέα δὲ ψυχρῷ κλύζετ' ἐπ' αἰγιαλῷ,
Πικρὸν Ἀριστομάχῳ γενέτῃ κακὸν, ὅς σε κομίζων
Ἐς γάμον, οὔτε κόρην ἤγαγεν, οὔτε νέκυν.

ΖΑΝΟΥ.

Ψυχράν σευ κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν
Θῖνα κατὰ κρυεροῦ χευάμενος νέκυος.
Οὐ γάρ σευ μήτηρ ἐπιτύμβια κωκύουσα,
Οἶδεν Ἀλεξάντη σὸν μόρον εἰνάλιον,

Ἀλλά

Nobile tot damnis. quis enim omnia mente revolvens,
Quot dederis luctus, commemorare queat?
Nunc etiam Labeo, caris comitatus amicis,
Occidit ecce, tuis cum rate merſus aquis.

LVII. Argentarii.

Hic eſt Callaeſchri tumulus, ſed inanis, ab Afro
Littore quem vectum dira fefellit aqua:
Cum pelagus ſubiens, quod jam turbabat Orion,
Exciit ex imis aequora torta vadis.
Illum ſubter aquas piſces edere marini,
Nominis haec ſervat muta columna notas.

LVIII. Xenocriti, Rhodii.

Nunc quoque ſalſa tuis deſtillat gutta capillis,
Lyſidice, ſaevo rapta puella mari.
Nam pelagi trepido ſpectas dum corde tumultus,
In rabidum ſumma de rate lapſa mare es.
Nunc tumulus nomenque tuum Cumamque loquetur:
Oſſa ſed in gelido littore ſparſa madent.
Ibat Ariſtomachus genitor te ferre marito:
Infelix, neque te quippe nec oſſa feret.

LIX. Zanr.

Hanc quam noſtra manus de littore ſumſit arenam,
Fundo ſuper letho frigida membra tibi.
Pectora non etenim ſupra tua funera plangit,
Quin nec Alexante ſcit tua fata parens.

Ἀλλά σ' ἐρημαῖαί τε καὶ ἄξεινοι πλαταμῶνες
    Δέξονται γαίης, γείτονες ἠϊόνος.
Ὥστ' ἔχε μὲν ψαμάθου μόριον βραχὺ, πουλὺ δὲ δάκρυ,
    Ξεῖν'· ἐπεὶ εἰς ὀλοὴν ἔδραμες ἐμπορίην.

ἈΛΚΑΙ'ΟΥ, ΜΕΣΣΗΝΙ'ΟΥ.

Στυγνὸς ἐπ' Ἀρκτούρῳ ναύταις πλόος· ἐκ δὲ βαθείης
    Λαίλαπος, Ἀσπασίῳ πικρὸν ἔτευξε μόρον,
Οὗ στείχεις παρὰ τύμβον, ὁδοιπόρε. σῶμα δὲ πόντος
    Ἔκρυψ', Αἰγαίῳ ῥαινόμενον πελάγει.
Ἠϊθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάττῃ
    Πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίης.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ἠχήεσσα θάλαττα, τί τὸν Τιμάρεος οὕτω
    Πλώοντ' οὐ πολλῇ νηῒ Τελεσταγόρην,
Ἄγρια χειμήνασα κατεπρηνώσαο πόντῳ
    Σὺν φόρτῳ, λάβρον κῦμ' ἐπιχευαμένη;
Χὼ μέν που καύηξιν ἢ ἰχθυβόροις λαρίδεσσι
    Τεθρήνητ' ἄπνους εὐρεῖ ἐν αἰγιαλῷ·
Τιμάρης δὲ κενὸν τέκνου κεκλαυμένον ἀθρῶν
    Τύμβον, δακρύει παῖδα Τελεσταγόρην.

ἈΘΗΝΟΔΩ'ΡΟΥ.

Ἐν πόντῳ Σώδαμις ὁ Κρὴς θάνεν, ὦ φίλε Νηρεῦ;
    Δίκτυα, καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ.
Ἰχθυβολεὺς ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν; ἀλλὰ θάλαττα
    Οὔτι διακρίνει χείματος, οὐδὲ φίλους.

ἈΝ·

Quem nunc ſuſcipiunt deſerta & inhoſpita ſaxa,
Ex quibus ad littus pellitur unda maris.
Exiguum terrae, ſed erit tibi copia fletus,
Proh dolor! obvenit merx miſeranda tibi.

LX. Alcaei, Messenii.

Triſte ſub Arcturo nautis iter: ille procella
Turbidus Aſpaſio fata ſuprema dedit.
Cujus hic eſt tumulus, quem conſpicis hoſpes: at ipſum
Corpus in Aegaeis fluctibus unda tegit.
Mors juvenum ſemper lachrymabile, plurima per vos,
Infauſtae naves, funera pontus habet.

LXI. Leonidae.

Horriſonum pelagus, cur ſic Timare creatum,
Heu modica vectum nave Teleſtagoram,
Et pariter merces, immane furente procella,
Merſiſti fundens aequora ſalſa ſuper?
Qui fera nunc poſt fata jacens in littore magno
Mergis, & fulicis lugubre carmen erit.
At bonus, ut tumulum Timares ſpectat inanem,
Non ceſſat natum flere Teleſtagoram.

LXII. Athenodori.

Cres periit, Nereu, Sodamis in aequore: dant hoc
Retia, dantque tuae, quas bene norat, aquae.
Primus in arte fuit: ſed enim diſcrimina noſſe
Et piſcatorum ſaeva recuſat hyems.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Δᾶμις ὁ Νικαεὺς ἐλαχὺ σκάφος ἔκ ποτε πόντου
  Ἰονίου ποτὶ γᾶν ναυστολέων Πέλοπος,
Φορτίδα μὲν, καὶ πάντα νεὼς ἐπιβήτορα λαὸν
  Κύματι καὶ συρμῷ πλαζομένους ἀνέμων,
Ἀσκηθεὶς ἐσάωσε· καθιεμένης δ᾽ ἐπὶ πέτραις
  Ἀγκύρης, ψυχρῶν κάτθανεν ἐκ νιφάδων
Ἤμύσας ὁ πρέσβυς. ἴδ᾽ ὡς λιμένα γλυκὺν ἄλλοις
  Δοὺς, ξένε, τὸν Λήθης αὐτὸς ἔδυς λιμένα.

ΠΑΓΚΡΑΤΟΥΣ.

Ὤλεσεν Αἰγαίου διὰ κύματος ἄγριος ἀρθεὶς
  Λὶψ Ἐπινηρείδην Ὑάσι δυομέναις,
Αὐτῇ οἱ σὺν νηΐ καὶ ἀνδράσιν· ᾧ τόδε σῆμα
  Δακρύσας κενεὸν παιδὶ πατὴρ ἔκαμεν.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Αἰεὶ λῃϊσταὶ, καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι
  Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;
Ὡς καὶ ἐμὲ πλώοντα σὺν οὐκ εὐπίονι φόρτῳ
  Κρηταίης ὦσαν Τιμόλυτον καθ᾽ ἁλὸς,
Δείλαιον. κηγὼ μὲν ἁλιζώοις λαρίδεσσιν
  Κέκλαυμαι, τύμβῳ δ᾽ οὐχ ὕπο Τιμόλυτος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κἢν γῇ, κἢν πόντῳ κεκρύμμεθα· τοῦτο περισσὸν
  Ἐκ μοιρέων Θάρσυς Χαρμίδου ἠνύσατο.

Ἡ

LXIII. Antipatri, Thessalonicensis.

Jonia Damis cum Naeſaeenſis ab unda
Flecteret ad Pelopis regna vetuſta ratem,
Omne onus, & quotquot vectores alnus habebat,
Jactatos ſaevis fluctibus atque noto,
Praeſtiterat ſalvos: ſed adhaeſerat anchora rupi:
Hanc petit, atque inter frigora ſaeva nivis
Linquit vita ſenem. ſic tutum dum, bone, portum
Das aliis, Lethes te ſibi portus habet.

LXIV. Pancratis.

Trux Epieriden Aegaeis Africus undis
Obruit, in vaſtum dum fugit aequor Hyas,
Cum rate, cum cunctis vectoribus, huic monumentum
Multa miſer plorans ſtruxit inane pater.

LXV. Leonidae, Tarentini.

Latrones pelagi Cretes, gens juris & aequi
Neſcia. nam Cretum quis bona facta refert?
Hi me Timolytum tumidas miſere ſub undas,
Dum freta cum tenui Cretica merce ſeco.
Heu miſer aequoreis qui nunc ſum naenia mergis,
Timolytus non ſum quippe ſub hoc lapide.

LXVI. Ejusdem.

Praecipuum a fatis habeo, quod & aequore condor
Et terra, Tharſis Charmida quem genuit.

Ἦ γὰρ ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος εἰς ἅλα δύναι,
Ἰσιὸν θ' ὑγρὸν κῦμα κατερχόμενος,
Τὴν μὲν ἔσωσ'. αὐτὸς δὲ μετάτροπος ἐκ βυθοῦ ἔῤῥων,
Ἤδη καὶ ναύταις χεῖρας ὀρεγνύμενος,
Ἐβρώθην. τοῖόν μοι ἐπάγριον ἐς μέγα κῆτος
Ἦλθεν. ἀπέβρυξεν δ' ἄχρι ἐπ' ὀμφαλίου.
Χἥμισυ μὲν ναῦται, ψυχρὸν βάρος, ἐξ ἁλὸς ἡμῶν
Ἤρανθ', ἥμισυ δὲ πρίστις ἀπεκλάσατο.
Ἠόνι δ' ἐν ταύτῃ κακὰ λείψανα Θάρσυος, ὦ 'νερ,
Ἔκρυψαν. πάτρην δ' οὐ πάλιν ἱκόμεθα.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Τετρηχυῖα θάλαττα, τί μ' οὐκ, ὀΐζυρα παθόντα,
Τηλόσ' ἀπὸ ψιλῆς ἔπτυσας ἠϊόνος;
Ὡς σεῦ μηδ' Ἀΐδαο κακὴν ἐπιειμένος ἀχλὺν
Φιλλεὺς Ἀμφιμένευς ἆσσον ἐγειτόνεον.

ἈΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ͂.

Ὀκτὼ μευ πήχεις ἄπεχε, τρηχεῖα θάλαττα,
Καὶ κύμαινε βόα θ', ἡλίκα σοι δύναμις.
Ἢν δὲ τὸν Εὐμαρέω καθέλῃς τάφον, ἄλλο μὲν οὐδὲν
Κρήγυον· εὑρήσεις δ' ὀστέα καὶ σποδιήν.

ΣΙΜΩΝΙ͂ΔΟΥ.

Σῶμα μὲν ἀλλοδαπὴ κεύθει κόνις· ἐν δέ σε πόντῳ,
Κλείσθενες, Εὐξείνῳ κὴρ ἔκιχεν θανάτου
Πλαζόμενον· γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἴκαδε νόστου
Ἤμβροτες, οὐδ' ἵκευ Χῖον ἐς ἀμφιρύτην·

ΤΟΥ͂

Namque per Joniôs mihi dum gravis anchora fluctus
  Quaeritur, ipſa quidem ſalva labore meo eſt.
Aſt ego dum reditum ſalſis conabor in undis,
  Et mea jam nautis brachia tenſa dabam,
Abſumor. tam ſaeva maris ſe gurgite tollit,
  Meque vorat medio bellua ventre tenus.
Parsque mei ſequitur nautas educta profundo,
  Altera caeruleae pars fuit eſca ferae.
Hoc me dimidium Tharſin poſuere ſepulchro;
  In patriam reditum nam mihi fata negant.

LXVII. Ejusdem.

Quin me te paſſum tam ſaeva furente, vomebas
  Longius a nudo littore triſte fretum,
Ut tibi nunc eſſem Stygias induta tenebras
  Amphimenis Philleus umbra propinqua minus?

LXVIII. Asclepiadae.

Octo mihi diſta ſaevum mare, te precor, ulnas,
  Quamque potes fluctus tolle, ſonosque cie.
Si tamen Eumarei monumentum deſtruis, hic nil
  Quod juvet invenies, oſſa ſed & cineres.

LXIX. Simonidae.

Exanimum corpus tellus habet hoſpita, ſed te
  Cliſthenes Euxini per freta ſalſa vagum.
Mors tamen invenit. nec te Chios aequore cincta
  Ad patriae cernet tecta redire tuae.

ΤΟΥ̃ Α'ΥΤΟΥ̃.

Φῆ ποτε Γίμαρχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
    Ἦνιχ' ἀμφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην.
Ὦ Τιμηνορίδη, παιδὸς φίλου οὔ ποτε λήσῃ,
    Οὔτ' ἀρετὴν ποθέων, οὔτε σαοφροσύνην.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Καὶ νέκυν ἀπρήυντος ἀνήσει με θάλαττα
    Λῦσιν, ἐρημαίῃ κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι,
Στρηνὲς ἀεὶ φωνεῦσα παρ' οὔατι, καὶ παρὰ κωφὸν
    Σῆμα. τί μ', ὦ 'νθρωποι, τῇδε παρῳκίσατε;
Ἡ πνοιῆς χήρωσε τὸν οὐκ ἔτι φορτίδι νηὶ
    Ἔμπορον, ἀλλ' ὀλίγης ναυτίλον εἰρεσίης·
Θηκαμένη ναυηγόν. ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων
    Ζωὴν, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἱλκυσάμην.

'ΑΡΧΙ'ΟΥ.

Οὐδὲ νέκυς, ναυηγὸς ἐπὶ χθόνα θῆρις ἐλασθεὶς
    Κύμασιν, ἀγρύπνων λήσομαι ἠϊόνων.
Ἡ γὰρ ἁλιῤῥήκταις ποτὶ χοιράσιν ἀγχόθι πόντου
    Δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκυρσα τάφου.
Αἰεὶ δὲ βρομέοντα καὶ ἐν νεκύεσσι, θαλάττης
    Ὁ τλήμων αἰὼ δοῦπον ἐπερχόμενον.
Μόχθων δ' οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασεν, ἡνίκα μοῦνος
    Οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ.

Ναυαγοῦ τάφος εἰμί· σὺ δὲ πλέε· καὶ γὰρ ὅθ' ἡμεῖς
    Ὠλλύμεθ', αἱ λοιπαὶ νῆες ἐποντοπόρουν.

LXX. Ejusdem.

Haec Dromachus, genitoris eum cum dextra teneret,
Heu juvenis moriens, ultima verba dedit.
Cum, Timeronide, virtus probitasque cupita
Sint tibi, non poteris non memor eſſe mei.

LXXI. Antipatri, Theſſalonicenſis.

Aequora permittunt mihi nee poſt fata quietem
Lyſidi, deſerto qui tegor in ſcopulo.
Sic aures trux ille fragor ſurdumque ſepulchrum
Perſtrepit. hic homines cur mihi buſta datis?
Ad mare, quod vitam rapuit mihi, cum mea multis
Non eſſet remis invidioſa ratis.
Dum meus in pelago labor eſt mihi quaerere vitam,
In pelago mors eſt ecce reperta mihi.

LXXII. Archiae, Tarentini.

Mortuus in terras advectus ab aequore Theris
Non queo non & nunc littoris eſſe memor.
Namque apud inſano reſperſas gurgite cautes
Buſta piae nobis haec poſuere manus.
Semper ubi durae ſtrepitus audire procellae
Cogor, & horribiles aequoris umbra ſonos.
Solius ergo mei durant poſt fata labores;
Nec ſuprema quies jura quietis habet.

LXXIII. Antipatri.

Merſi ſum tumulus: perge in mare: tunc quoque cum nos
Occidimus, navis multa tenebat iter.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ, ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

Ἐκ γαιωμορίης Ἐτεοκλέα πόντιος ἐλπὶς
 Εἵλκυσεν, ὀθνείης ἔμπορον ἐργασίης.
Νῶτα δὲ Τυρσηνῆς ἐπάτευν ἁλός· ἀλλ᾽ ἅμα νηΐ
 Πρηνιχθεὶς, κείνης ὕδασιν ἐγκατέδυν,
Ἀθρόον ἐμβρίσαντος ἀήματος. οὐχ ἄρ᾽ ἀλωὰς
 Ωὑτὸς ἐπιπνείει κ᾽ εἰς ὀθόνας ἄνεμος.

ΠΕΡΣΟΥ.

Οὐ προϊδὼν, Θεότιμε, κακὴν δύσιν ὑετίοιο
 Ἀρκτούρου, κρυερῆς ἥψαο ναυτιλίης.
Ἥ σε δι᾽ Αἰγαίοιο πολυκλήϊδι θέοντα
 Νηΐ, σὺν οἷς ἑτάροις ἤγαγεν εἰς Ἀΐδην.
Αἲ, αἲ, Ἀριστοδίκη δὲ καὶ Εὔπολις οἵ σ᾽ ἐτέκοντο,
 Μύρονται, κενεὸν σῆμα περισχόμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΚΓ.

Εἰς Νέους καὶ Νέας.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Δωδεκέτη τὸν παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
 Ἐνθάδε, τὴν πολλὴν ἐλπίδα, Νικοτέλην.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἅδης μὲν σύλησεν ἐμῆς νεότητος ὀπώρην·
 Κρύψε δὲ παππῴῳ μνήματι τῷδε λίθος.

Οὔνομα

LXXIV. Isidori, Aegeatae.

Abduxit pelagi me ſpes Eteoclea rure,
Et ſuaſit lucrum Mercuriale ſequi.
Sed dum Tyrrheni dorſum ſeco, cum rate tota
In ſalſas cecidi praecipitatus aquas.
Tam gravis incubuit ventus. non ſcilicet idem
Ille flat in velis, qui fuit in ſegete.

LXXV. Persae, Poëtae.

Imbrifer Arcturus mare cum, Theotime, ſubiret
Incauto pelagi tunc tibi coepit iter.
Sic miſer Aegaeum multo dum remige curris,
Raptus es ad Manes tu, comitesque tui:
Plorantes tumulum nunc amplectuntur inanem
Eupolis heu genitor, mater Ariſtodice.

TITULUS XXIII.

De Juvenibus, viris ac puellis.

I. Callimachi.

Annorum puerum bis ſex hac ſede Philippus
Condidit, heu multam ſpem ſibi Nicotelem.

II. Incerti.

Praeripuit frugem noſtrae mors atra juventae:
At nunc, qui proavos, me tegit iſte lapis.

Fi-

Οὔνομα Ῥουφῖνος γενόμην, παῖς Αἰθερίοιο,
Μητρὸς δ' ἐξ ἀγαθῆς· ἀλλὰ μάτην γενόμην.
Ἐς γὰρ ἄκρον Μούσης τε καὶ ἥβης ἄνθος ἐλάσσας,
Φεῦ, σοφὸς εἰς Ἀΐδην, καὶ νέος εἰς ἔρεβος·
Κάκυε καὶ σὺ βλέπων τάδε γράμματα μακρὸν, ὁδῖτα.
Δὴ γὰρ ἔφυς ζώων, ἢ παῖς ἠὲ πατήρ.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Πολλά σοι ἐκ βλεφάρων ἐχύθη περιτύμβια Φωτῶν
Δάκρυα δυστλήτῳ πένθεϊ δαπτομένων.
Πᾶσι γὰρ ἦσθα λίην πεφιλημένος, οἷά τε πάντων
Ξυνὸς ἐὼν κοῦρος, ξυνὸς ἐὼν ἕταρος.
Αἶ, αἶ, λευγαλέη καὶ ἀμείλιχος ἔπλετο μοῖρα,
Μηδὲ τεῆς ἥβης, δύσμορε, φεισαμένη.

ἈΓΑΘΙΟΥ.

Θεσμοὶ μὲν μεμέληντο συνήθεες Ἀγαθονίκῳ,
Μοῖρα δὲ δειμαίνειν οὐ δεδάηκε νόμους·
Ἀλλά μιν ἁρπάξασα σοφῶν ἤμερσε θεμίστων,
Οὔπω τῆς νομίμης ἔμπλεον ἡλικίης.
Οἰκτρὰ δ' ὑπὲρ τύμβοιο κατεστονάχησαν ἑταῖροι
Κείμενον, οὗ θιάσου κόσμον ὀδυρόμενοι.
Ἡ δὲ κόμην τίλλουσα γόῳ πληκτίζετο μήτηρ,
Αἶ, αἶ, τῶν λαγόνων μόχθον ἐπισταμένη.
Ἔμπης ὄλβιος οὗτος, ὃς ἐν νεότητι μαρανθεὶς,
Ἔκφυγε τὴν βιότου θᾶσσον ἀλιτροσύνην.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Ὥριος εἶχέ σε παστὰς, ἀώριος εἷλέ σε τύμβος,
Εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος Ἀναστασίη.

Σοὶ

Filius Aetherii Ruffinus nomine, matre
Ex Agatha: fruſtra ſed generatus eram.
Pieridum florem cum flos meus attigit aevi,
Puber ego ad tenebras, ad Styga doctus eo.
Da lachrymas, & tu quisquis legis iſta, viator,
Tu quoque eras juvenis: foſitan & pater es.

III. Pauli Silentiarii.

Multa tuo triſtes lachrymas fudere ſepulchro
Lumina: multa ob te pectora luctus habet.
Nam cunctis dilectus eras, quaſi filius eſſes
Omnibus, aut junctus lege ſodalitii.
Ah nimium crudelis erat, nimis impia Parca,
Aetatem quae non eſt miſerata tuam.

IV. Agathiae, Oratoris.

Jura quidem ſollers pernoverat Agathonicus:
Sed non & Parcae jura timere ſolent.
Nam cum legitimos nondum veniſſet ad annos,
Legitimis illum mors rapit a ſtudiis.
Ad tumulum moeſti miſerum gemuere ſodales,
Et doluere ſui lumen abiſſe chori.
Ipſa comam vellens plangebat pectora mater,
Non oblita fuit, quis peperiſſe labor.
Ille tamen felix, raptus juvenilibus annis,
Effugit vitae crimina morte cita.

V. Juliani.

Nacta thorum matura ſed immatura ſepulchrum
Gratia mortales inter Anaſtaſie.

Σοὶ γενέτης, σοὶ πικρὰ πόσις κατὰ δάκρυα λείβει;
Σοὶ τάχα καὶ πορθμεὺς δακρυχέει νεκύων·
Οὐ γὰρ ὅλον λυκάβαντα διήνυσας ἄγχι συνεύνου,
Ἀλλ' ἑκκαιδεχέτιν, φεῦ, κατέχει σε τάφος.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Φεῦ, φεῦ, ἀμετρήτων Χαρίτων ἔαρ ἡδὺ μαραίνει
Ἀμφὶ σοὶ ὠμοφάγων χεῖμα τὸ νερτερίων.
Καί σε μὲν ἥρπασε τύμβος ἀπ' ἠελιώτιδος αἴγλης,
Πέμπτον ἐφ' ἑνδεκάτῳ πικρὸν ἄγουσαν ἔτος·
Σὸν δὲ πόσιν γενέτην τε κακαῖς ἀλάωσεν ἀνίαις,
Οἷς πλέον ἠελίου λάμπες, Ἀναστασίη.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Εὐστάθιε, γλυκερὸν μὲν ἔχεις τύπον· ἀλλά σε κηρὸν
Δέρκομαι, οὐδ' ἔτι σοι κεῖνο τὸ λαρὸν ἔπος
Ἕζεται ἐν στομάτεσσι· τέη δ' εὐάνθεμος ἥβη,
Αἴ, αἴ, μαψιδίη νῦν χθονός ἐστι κόνις.
Πέμπτου καὶ δεκάτου γὰρ ἐπιψαύσας ἐνιαυτοῦ,
Τετράκις ἐξ μούνους ἔδρακες ἠελίους.
Οὐδὲ τεοῦ πάππου θρόνος ἤρκεσεν, οὐ γενετῆρος
Ὄλβος· πᾶς δὲ τεὴν εἰκόνα δερκόμενος,
Τὴν ἄδικον μοῖραν καταμέμφεται, οὕνεκα τοίην
Ἆ μέγα νηλειὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ἀγριός ἐστι Χάρων; πλέον ἤπιος. ἥρπασεν ἤδη
Τὸν νέον; ἀλλὰ νόῳ τοῖς πολιοῖσιν ἴσον.

Τερπω-

Heu tibi dat lachrymas pater, infelixque maritus,
Credo dat & Stygii portitor ipſe lacus.
Unus conjugii nondum transiverat annus.
Hic tu ſex annos nata decemque jaces.

VI. Ejusdem,
de eadem.

Innumeras Veneres vernantes abſtulit in te
Quam cito carnificis ferrea Ditis hyems.
Nam dat te tumulo, rapiens a lumine ſolis,
Annus ab undecimo qui tibi quintus erat.
Obruit ille patrem dolor, & cum patre maritum,
Queis tua lux quam ſol pluris, Anaſtaſia.

VII. Agathiae, Oratoris.

Nunc quoque pulchra tua eſt facies, ſed caerea tantum:
Blanda nec ore tuo vox ſedet, Euſtathie.
Et modo quae vernis florebat honoribus aetas,
Nunc terrae cinis eſt, praetereaque nihil.
Nam tibi, quindecimus cum ſe vix panderet annus,
Sex in eo ſoles praeteriere quater.
Te nec Avi ſolium, nec opes juvere paternae.
Quisquis, ficta licet, conſpicit ora tua,
De fato queritur, fuit hoc crudele ferumque,
Dicens, cum potuit tollere tale jubar.

VIII. Juliani,
Ex genere Praefectorum Auguſtalium.

Ah ferus eſt Pluto? placidus magis. abſtulit ille
Hunc juvenem, quovis cum ſene mente parem.

Τερπωλῆς ἀπέπαυσεν; ἀπεςυφέλιξε δὲ μόχθων.
Οὐκ ἐνόησε γάμους; οὐδὲ γάμων ὀδύνας.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ,

Ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ θυγατρί.

Λέκτρα σοι ἀντὶ γάμων ἐπιτύμβια, παρθένε κούρη,
Ἐςόρεσαν παλάμαις πενθαλέαις γενέται.
Καὶ σὺ μὲν ἀμπλακίας βιότου καὶ μόχθον Ἐλευθοῦς
Ἔκφυγες· οἱ δὲ γόων πικρὸν ἔχουσι νέφος.
Δωδεκέτιν γὰρ ἄρουρα Μακηδονική σε καλύπτει,
Κάλλεσιν ὁπλοτέρην, ἤθεσι γηραλέην.

ΕΥΤΟΛΜΙΌΥ,

Σχολαστικοῦ Ἰλλουστρίου.

Παρθενικὴν Ἑλένην μετ' ἀδελφεὸν ἄρτι θανόντα,
Δειλαίη μήτηρ κόψατο διπλασίως.
Μνηςῆρες δ' ἐγόησαν ἴσον γόον. ἦν γὰρ ἑκάςῳ
Θρηνεῖν τὴν μήπω μηδενός, ὡς ἰδίην.

ΠΑΡΜΕΝΙΏΝΟΣ.

Παρθενικῆς τάφος εἰμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφοῦ
Προφθιμένου, διπλόα μητρὸς ἔχω δάκρυα.
Μνηςῆρσι δ' ἔλιπον κοῖν' ἄλγεα. τὴν γὰρ ἔτ' οὔπω
Οὐδενός, ἡ πάντων ἐλπὶς ἔκλαυσεν ἴσως.

ΔΙΟΓΈΝΟΥΣ.

Ἐπισκόπου Ἀμίσου.

Σοὶ τόδε, Διόγενες, θαλερῆς μνημήϊον ἥβης
Πόντῳ ἐν Εὐξείνῳ θῆκατο Φρὺξ γενέτης.

Φεῦ,

Gaudia rupit ei; rupit quoque taedia vitae.
Nondum illi conjux, nec mala conjugii.

IX. Juliani.

Heu non in thalamo, ſed triſti in funere lectum,
Virgo, tibi moerens ſtravit uterque parens.
Lucinae tu tela, ſimul mala crimina vitae
Effugis: aſt illos turbo, Macedonia,
Turbo doloris agit, bisſexto conderis anno,
Ore puella, probis moribus inter anus.

X. Eutolmii, Oratoris,
Viri Illuſtris:

Virgo ſecuta Helene cum fata recentia fratris,
Ploravit gemino victa dolore parens.
Tantundem fecere proci. cum neminis eſſet,
Sic illam flerunt, ceu ſua cuique foret.

XI. Parmenionis.

Sub me virgo ſita eſt Helene poſt funera fratris,
Sic duplices lachrymas mortua matris habet.
Lamentum commune procis: quia tradita nulli,
Spes ideo cunctis quae fuit aequa dolet.

XII. Diogenis, Episcopi Amisi,
de fratris filio.

Haec tibi, Diogenes, viridis monumenta juventae
Ponit ad Euxinae Phryx pater aequor aquae:

Φεῦ, πάτρης ἑκὰς ὅσσον. ἄγει δέ σε νεῦμα Θεοῖο
  Πατρὸς ἀδελφειῷ πένθος ὀφειλόμενον.
Ὅς σε περιστείλας ἱερῇ παλάμῃ τε καὶ εὐχῇ,
  Γείτονα τῆς μακάρων θῆκε χοροστασίης.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ἠρήσαντο καὶ ἄλλαι ἑὸν πάρος οὔνομα νῆσοι
  Effugere Eumenidum lumina non potuit.

LXI. Incerti,

de eodem.

Rhegion aequoream laudo, quo fine diremta
  Trinacrias tellus Itala ſentit aquas.
Ibycon, haec qui fila lyrae puerosque colebat,
  Hac ulmo voluit molle virente tegi.

Τῇδέ τε πολλὰ παθόντα· πολὺν δ' ὑπὸ σήματι κισσὸν
  Χεύατο, καὶ λευκοῦ φυταλιὴν καλάμου.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς Στησίχορον.

Στησίχορον ζαπληθὲς ἀμέτρητον στόμα Μούσης
  Ἐκτέρισεν Κατάνας αἰθαλόεν δάπεδον·
Οὗ, κατὰ Πυθαγόρεω φυσικὰν φάτιν, ἁ πρὶν Ὁμήρου
  Ψυχὰ ἐν στέρνοις δεύτερον ᾠκίσατο.

ΠΙΝΥ'ΤΟΥ,

Εἰς Σαπφώ.

Ὀστέα μὲν καὶ κουφὸν ἔχει τάφος οὔνομα Σαπφοῦς·
  Αἱ δὲ σοφαὶ κείνης ῥήσιες, ἀθάνατοι.

ΤΥΛΛΙ'ΟΥ ΛΑΥΡΕ'Α,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰὼν, ξένε, μή με θανοῦσαν
  Τὰν Μιτυληναίαν ἔννεπ' ἀοιδοπόλον.
Τόνδε γὰρ ἀνθρώπων ἔκαμον χέρες· ἔργα δὲ φωτῶν
  Ἐς ταχινὴν ἔῤῥει τοιάδε ληθεδόνα.
Ἢν δέ με Μουσέων αἰτήσῃς χάριν, ὧν ἀφ' ἑκάστης
  Δαίμονος ἄνθος ἐμῇ θῆκα παρ' ἐννεάδι,
Γνώσεαι ὡς Ἀΐδα σκότος ἔκφυγον, οὐδέ τις ἔσται
  Τῆς λυρικῆς Σαπφοῦς νώνυμος ἠέλιος.

Ἄδη

Paſſum ſaeva virum miſerans, hederaeque ſepulchrum
Frondibus, & niveis cinxit arundinibus.

LXII. Antipatri,

de Steſichoro.

En tegit os plenum non deficiente Camaena
Steſichorum Catanes igne peruſtus ager.
Si verum Samii dogma eſt ſapientis, Homeri
Quae fuit, in pectus venerat hoc anima.

LXIII. Pinyti,

de Sappho.

Oſſa tenet Sapphus & nomen inane ſepulchrum,
Docta ſed illius carmina morte carent.

LXIV. Tullii Laureae,

de eadem.

Mortua ne dicar tibi, vates ex Mitylena,
Aeolicum quisquis conſpicis hunc tumulum.
Hunc hominum ſtruxere manus: at talia quae ſunt
Haec cito mortales dememiniſſe ſolent.
At me docta novem poſcas ſi dona ſororum,
Dona novem libris quae tribuere meis,
Agnoſcas me jure meo contemnere mortem,
Nam ſine ſol Sapphus nomine nullus erit.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Οὔνομά μευ Σαπφώ· τόσσον δ' ὑπερέσχον ἀοιδᾶν
Θηλειᾶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδας.

ἈΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ͂,

Εἰς Ἤρινναν.

Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μὲν,
Ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς
Ἀλλ' ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Ἀΐδας μοι
Μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

ἈΔΈΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Ἄρτι λοχευομένην σε μελισσοτόκων ἔαρ ὕμνων,
Ἄρτι δὲ κυκνείῳ φθεγγομένην στόματι,
Ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων
Μοῖρα, λινοκλώστου δεσπότις ἠλακάτας·
Σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος οὔ σε γεγωνεῖ
Φθῖσθαι, ἔχειν δὲ χοροὺς ἄμμιγα Πιερίσιν.

ΛΕΩΝΊΔΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Παρθενικὴν νεαοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν
Ἤρινναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομένην,
Ἅδης εἰς Ὑμέναιον ἀνήρπασεν. ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
Εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς, βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδη.

ἈΝ-

LXV. Antipatri,

de eadem.

Sappho nomen erat: tantum muliebria vici
Carmina, tu quantum, vincis, Homere, viros.

LXVI. Asclepiadae,

de Erinna.

Dulcis hic Erinnae labor eſt, non magnus (ad annos
Virgo novem tantum vixerat atque decem.)
Sed multis praeſtans aliis: niſi fata tuliſſent
Tam cito me, cujus gloria tanta foret?

LXVII. Incerti,

de eadem.

Dum paris aeternum mellitis carminibus ver,
Fundit olorinos dum tua lingua ſonos,
Regna per umbrarum te fert Acherontis ad undas
Parca colus vitae penſa trahentis hera.
Sed doctus labor ille tuus te vivere clamat,
Erinna, & Muſas inter habere choros.

LXVIII. Leonidae,

de eadem.

Erinnam vigilem Muſarum carpere flores,
Quae vates inter laeta virebat apis,
Ad ſua fert Pluton connubia: vera puella
Dixerat, o Pluton invidus es nimium.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Παυροεπὴς Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς,
  Ἀλλ᾽ ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.
Τοι γάρ τοι μνήμης οὐκ ἤμβροτεν, οὐδὲ μελαίνης
  Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι.
Αἱ δ᾽ ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
  Μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.
Λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἠὲ κολοιῶν
  Κρωγμὸς, ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

ΜΕΛΕΆΓΡΟΥ,

Εἰς ἑαυτόν.

Ἀτρέμας, ὦ ξένε, βαῖνε· παρ᾽ εὐσεβέσιν γὰρ ὁ πρέσβυς
  Εὕδει, κοιμηθεὶς ὕπνον ὀφειλόμενον,
Εὐκράτεω Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα,
  Καὶ Μούσας ἱλαραῖς συστολίσας Χάρισιν.
Ὃν θεόπαις ἤνδρωσε Τύρος, Γαδάρων θ᾽ ἱερὴ χθών·
  Κῶς δ᾽ ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει.
Ἀλλ᾽ εἰ μὲν Σύρος ἐσσὶ, Σαλάμ· εἰ δ᾽ οὖν σύ γε Φοῖνιξ,
  Αὐδονίς· εἰ δ᾽ Ἕλλην, Χαῖρε· τὸ δ᾽ αὐτὸ φράσον.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πτανὲ, τί σοι σιβύνη, τί δὲ καὶ συὸς εὔαδε δέρμα;
  Καὶ τίς ἐὼν, στάλας σύμβολον ἐσσὶ τίνος;
Οὐ γὰρ Ἔρωτ᾽ ἐνέπω σε. τί γάρ; νεκύεσσι πάροικος
  Ἵμερος; αἰάζειν ὁ θρασὺς οὐκ ἔμαθεν.

Οὐδὲ

LXIX. Antipatri,
de eadem.

Pauca quidem cecinit nobis Erinna, loquelae
  Parca, ſed hoc Muſas tam breve carmen habet.
Nec fuit a famae deſerta favore: nec illam
  Implicitam pennis nox tegit atra ſuis.
At nos interea vatum numeroſa novorum
  Millia nube tegit proxima ſaepe dies.
Nam melius cycni carmen breve, quam ſonus omnis,
  Quem ſpargit vernas garrulus in nebulas.

LXX. Meleagri,
de ſe ipſo.

Quisquis es, i placide: cubat hic cum gente piorum
  Fatali domitus membra ſopore ſenex.
Eucratei Meleager, Amor cui dulcia plorans
  Gratiaque & Muſae grande dedere decus.
Cui divina Tyros juveni Gadarûmque ſacrata
  Urbs dedit & Meropum Cos alimenta ſeni.
Si Syrus ergo, Salam: ſi Phoenix, Audoni: Chaere,
  Si Graecus: ſed idem tu quoque redde mihi.

LXXI. Ejusdem,
de eodem.

Quo pennata tibi venabula, pellis & apri,
  Quemque per indicium tale, columna, notas?
Non es Amor certe, me judice; nam fugit umbras
  Improbus, & leſſus edere non didicit.

 Nec

Οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ αὐτὸν ταχύπουν Κρόνον· ἔμπαλι γὰρ δὴ
Κεῖνος μὲν τριγέρων, σοὶ δὲ τέθηλε μέλη.
Ἀλλ᾽ ἄρα, καὶ δοκέω γάρ, ὁ γῆς ὑπένερθε, σοφιστὰς
Ἐσσί· σὺ δ᾽, ὁ πτερόεις τοὔνομα τοῦδε λόγος.
Ἀελίῳ δ᾽ ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
Καὶ σπουδάν, καί που μέτρον ἐρωτόγραφον.
Ναὶ μὲν δὴ Μελέαγρον ὁμώνυμον Οἰνέος υἱῷ
Σύμβολα σημαίνει ταῦτα συνεκτασίης.
Χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν· ἐπεὶ καὶ Μούσαν Ἔρωτι
Καὶ Χάριτας σοφίαν εἰς μίαν ἡρμόσαο.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,

Εἰς Δαμόχαριν.

Δαμόχαρις μοίρης πυμάτην ὑπεδύσατο σιγήν·
Φεῦ, τὸ καλὸν Μούσης βάρβιτον ἠρεμέει.
Ὤλετο γραμματικῆς ἱερὴ βάσις. ἀμφιρύτη Κῶς,
Καὶ πάλι πένθος ἔχεις, οἷον ἐφ᾽ Ἱπποκράτει.

ἈΓΑΘΙΟΥ,

Εἰς Εὐστόργιον.

Μηδὲν ἀπαγγείλειας ἐς Ἀντιόχειαν, ὁδῖτα,
Μὴ πάλιν οἰμώξῃ χεύματα Κασταλίης.
Οὕνεκεν ἐξαπίνης Εὐστόργιος ἔλλιπε Μούσας,
Θεσμῶν τ᾽ Αὐσονίων ἐλπίδα μαψιδίην,
Ἑβδόματον δέκατόν τε λαχὼν ἔτος. ἐς δὲ κονίην
Ἠμείφθη κενεὴν εὔσταχυς ἡλικίη.
Καὶ τὸν μὲν κατέχει χθόνιος τάφος, ἀντὶ δ᾽ ἐκείνου,
Οὔνομα καὶ γραφίδων χρώματα δερκόμεθα.

Nec tempus te credo magis, nam plurima certe
  Saecula tempus habet, tu juvenile vires.
An potius tellus hominem tegit iſta diſertum?
  Tu nomen, ſermo penniger, ejus eras:
Viventique fuit par vis, ſeu ſeria mallet
  Seu joca, materiam ſive Cupido dabat.
Sic reor: Oenidae nomen Meleagre gerebas:
  Hoc detracta ſui tergora fulva docent.
Salve nunc etiam vita defunctus. Amori
  Nam tua mens Muſas miſcuit & Veneres.

LXXII. Pauli, Silentiarii,
de Damochari, diſcipulo Agathiae.

Damocharis terram fato cogente ſubivit:
  Inclyta Pieridum barbitos illa ſilet.
Grammatices ſacrum columen ruit: aequoreae Co
  Luctus adeſt, olim qualis ob Hippocratem.

LXXIII. Agathiae,
de Euſtorgio.

Civibus Antiochi quod cernis parce, viator,
  Dicere, ne rurſum Caſtalis unda fluat.
Quod ſubito Muſas Euſtorgius iſte reliquit,
  Et Latiae leges ſpe cecidere ſua.
Poſt ſeptem, decimum vix dum compleverat annum,
  In cineres aetas frugibus apta cadit.
Ille quidem nunc tectus humo cadit: illius autem
  Conſpicimus nomen pictaque membra loco.

ἌΔΗΛΟΝ.

Εἰς Θεόδωρον.

Κάτθανε μὲν Θεόδωρος, ἀοιδοπόλων δὲ παλαιῶν
Πληθὺς οἰχομένη νῦν θάνεν ἀτρεκέως.
Πᾶσα γὰρ ἐμπνείοντι συνέπνεε, πᾶσα δ' ἀπέσβη
Σβεννυμένου. Κρύφθη δ' εἰν ἐνὶ πάντα τάφῳ.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μνῆμα σὸν, ὦ Θεόδωρε, πανατρεκὲς οὐδ' ἐνὶ τύμβῳ,
Ἀλλ' ἐν βιβλιακῶν μυριάσι σελίδων,
Αἷσιν ἀνεζώγρησας ἀπολλυμένων, ἀπὸ λήθης
Ἁρπάξας, νοερῶν μόχθον ἀοιδοπόλων.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς Λεωνίδην.

Πολλὸν ἀπ' Ἰταλίης κεῖμαι χθονὸς, ἔκ τε Τάραντος
Πάτρης· τοῦτο δέ μοι πικρότερον θανάτου.
Τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος· ἀλλά με Μοῦσαι
Ἔστερξαν· λυγρῶν δ' ἀντὶ, μελιχρὸν ἔχω.
Οὔνομα δ' οὐκ ἤμυσε Λεωνίδου· αὐτά με δῶρα
Κηρύσσει Μουσέων πάντας ἐπ' ἠελίους.

ΔΙΟΝΥΣΙΌΥ,

Εἰς Φαινόκριτον.

Πρώϊος, ἀλλὰ ποθεινὸς ὅσοι πόλιν Ἠλυσίοιο
Ναίομεν, εἰς λήθης πικρὸν ἔδυς πέλαγος,

Δρε-

LXXIV. Juliani, Aegyptii,

de Theodoro.

Mortuus es Theodore. tuo cum funere tota
Priſca poëtarum turba ſepulta jacet.
Spirabat pariter nam te ſpirante: cadente
Te cecidit: cunctis unus hic eſt tumulus.

LXXV. Juliani,

de eodem.

Eſt, Theodore, tibi monumentum nobile, non haec
Saxa, ſed egregii millia multa libri.
Docta quibus revocas Lethes a flumine vatum
Carmina, nec pateris nomina priſca mori.

LXXVI. Incerti,

de Leonida.

Italia longe jaceo, patriaque Tarento,
Et magis haec res eſt aſpera morte mihi.
Invita usque adeo vita eſt peregrina: ſed ipſis
A Muſis melior nunc mihi vita data eſt.
Quippe per Aonidum ſacra munera tempus in omne
Concelebrat nomen fama Leonideum.

LXXVII. Dionysii,

de Phanocrito.

Ante diem, cunctis ſed gratus habentibus agros
Elyſios, Lethes ad vada nigra venis.

Tem-

Δρεψάμενος σοφίης ὀλίγον χρόνον· ἀμφὶ δὲ τύμβῳ
Σεῖο καὶ ἄκλαυτοι γλαῦκες ἔθεντο γόον,
Φαινόκριτ'. οὐδὲν ὅμοιον ἐπ' ἐσσομένοισιν ἀοιδὸς
Φθέγξεται, ἀνθρώπους ἄχρι φέρωσι πόδες.

ἈΛΚΑΙ´ΟΥ,

Εἰς Πυλάδην.

Πᾶσά σοι οἰχομένῳ, Πυλάδη, κωκύεται Ἑλλὰς,
Ἄπλεκτον χαίταν ἐν χροῒ κειραμένα.
Αὐτὸς δ' ἀτμήταιο κόμας ἀπεθήκατο δάφνας
Φοῖβος, ἑὸν τιμῶν ἦ θέμις ὑμνοπόλον.
Μοῦσαι δ' ἐκλαύσαντο· ῥόον δ' ἔϛησεν ἀκούων
Ἄσωπος γοερῶν ἦχον ἀπὸ ϛομάτων.
Ἔλληξεν δὲ μέλαθρα Διωνύσοιο χορείης,
Εὖτε σιδηρείην οἶμον ἔβης Ἀΐδεω.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ, Κϛ´.

Εἰς Ποιμένας.

ΔΙΟΤΙ´ΜΟΥ, οἱ δὲ, ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ,

Εἰς Θηρίμαχον.

Αὐτόματοι δειλαὶ ποτὶ τ'αὔλιον αἱ βόες ἦλθον
Ἐξ ὄρεος, πολλῇ νιφόμεναι χιόνι.
Αἶ, αἶ, Θηρίμαχος δὲ παρὰ δρυῒ τὸν μακρὸν εὕδει
Ὕπνον· ἐκοιμήθη δ' ἐκ πυρὸς οὐρανίου.

ἘΡΥ-

Tempore carpta tibi modico ſapientia: ſed nunc
 Ipſa flet ad tumulum noctua torva tuum.
Exaequanda tibi poſthac, Phanocrite, dicet
 Nemo, ferent donec cetera membra pedes.

LXXVIII. Alcaei,

de Pylade, Actore fabularum.

Cuncta tuam, Pylade, deplorat Graecia mortem,
 Usque cutem ſparſas Graecia tonſa comas.
Ipſe ſuo ſacras jaciens de vertice laurus,
 Qua decuit, vatem luxit Apollo ſuum.
Flerunt Pierides, flentes miſeratus & ipſe
 Aſopus, ſtanti flumine rupit iter.
Atria ceſſarunt Bromii fervere choreis,
 Ferrata ad Manes cum tibi trita via eſt.

TITULUS XXVI.

De paſtoribus.

I. Diotimi; *alii* Leonidae,

de Therimacho.

Ad ſtabulum, ſed ſponte ſua, de monte redibant
 Hiberno gelidae de nivis imbre boves.
Eheu Therimachus ſub quercu nocte quieſcit
 Perpetua, ſacro tactus ab igne Jovis.

ἘΡΥΚΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐκ ἔτι συρίγγων νόμιον μέλος ἀγχόθι ταύτας
 Ἁρμόζῃ βλωθρᾶς, Θηρίμαχε, πλατάνου.
Οὐδέ σευ ἐκ καμάτων κεραοὶ βόες ἁδὺ μέλισμα
 Δέξονται, σκιερᾷ πὰρ δρυῒ κεκλιμένου.
Ὤλεσε γὰρ πρηστὴρ σε κεραύνιος· αἱ δ' ἐπὶ μάνδραν
 Ὀψὲ βόες νιφετῷ σπερχόμεναι κατέβαν.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ,

Εἰς Ἀστακίδην.

Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα, τὸν αἰπόλον, ἥρπασε Νύμφη
 Ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἀστακίδης
Οἰκεῖ Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσίν, οὐκ ἔτι Δάφνιν
 Ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ποιμένες οἱ ταύτην ὄρεος ῥάχιν οἰοπολεῖτε,
 Αἶγας κ' εὐμάλλους ἐμβατέοντες ὄϊς,
Κλειταγόρῃ, πρὸς γῆς, ὀλίγην χάριν ἀλλὰ προσηνῆ
 Τίνοιτε, χθονίης εἵνεκα Φερσεφόνης.
Βληχήσαιντ' ὄϊές μοι, ἐπ' ἀξέστοιο δὲ ποιμὴν
 Πέτρης συρίζοι πρηέα βοσκομέναις.
Εἴαρι δὲ πρώτῳ λειμώνιον ἄνθος ἀμέρσας
 Χωρίτης στεφέτω τύμβον ἐμὸν στεφάνῳ.
Καί τις ἀπ' εὐάρνοιο καταχραίνοιτο γάλακτος,
 Οἶος ἀμολγαῖον μαστὸν ἀνασχόμενος,
Κρηπῖδ' ὑγραίνων ἐπιτύμβιον· εἰσὶ θανόντων,
 Εἰσὶν ἀμοιβαῖαι κἀν φθιμένοις χάριτες.

II. Erycii,

de eodem.

Non poſthac ſilveſtre canet tibi fiſtula, fuſo
Hujus ſub platani tegmine Therimacho.
Nec tua mulcebunt quercus ſub fronde jacentis
Carmina cornigeras corpora feſſa boves.
Tu cadis igne Jovis: ſero rediere juvencae
Ad ſtabula, & multa permaduere nive.

III. Callimachi,

de Aſtacide.

Cretenſem Aſtaciden cuſtodem in monte caprarum
Nympha ſibi rapuit. non erit Aſtacides
Dictaeis poſthac ſub quercubus: ergo canemus
Paſtores, non te, Daphni, ſed Aſtaciden.

IV. Leonidae.

Paſtores montis qui per juga curritis hujus,
Seu capra ſeu vobis hirta ſalitur ovis.
Clitagorae parvum, ſed quod juvet, hoc date munus,
Quod vos per terram Perſephonenque rogo.
Balanto me propter oves: paſcentibus illis
Dulce quid ex ſcabra fiſtula rupe canat.
Vere novo totis flores praedatus ab agris,
Qua tegor, hanc ſertis ruſticus ornet humum.
Atque aliquis niveo ne ſpargi lacte timeto,
Pinguia dum digitis ubera preſſat ovis,
Ut riget hunc tumulum: non ſunt benefacta ſepultis
Vana, frequens meritis reddidit umbra vicem.

ΜΥΡΙΝΟΥ.

Θύρσις ὁ κωμήτης, ὁ τὰ νυμφικὰ μῆλα νομεύων,
  Θύρσις ὁ συρίζων Πανὸς ἴσον δόναxι,
Ἔνδιος, οἰνοπότης, σκιερὰν ὑπὸ τὴν πίτυν εὕδει.
  Φρουρεῖ δ' αὐτὸς ἑλὼν ποίμνια βάκτρον Ἔρως.
Ἆ, Νύμφαι, Νύμφαι, διεγείρατε τὸν λυκοθαρσῆ
  Βοσκὸν, μὴ θηρῶν κύρμα γένηθ' ὁ Ἔρως.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΚΖ'.

Εἰς πόλεις.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Ἁ πάρος εὔδμητος καὶ ἀνέμβατος, ὦ Λακεδαῖμον,
  Καπνὸν ἐπ' Εὐρώτᾳ δέρκεαι Ὠλένιον,
Ἄσκιος. οἰωνοὶ δὲ κατὰ χθονὸς οἰκία θέντες,
  Μύρονται, μήλων δ' οὐκ ἀΐουσι λύκοι.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΚΗ'.

Εἰς πτωχούς.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Εἶχον ἀπὸ σμικρῶν ὀλίγον βίον, οὔτέ τι δεινὸν
  Ῥέζων, οὔτ' ἀδικῶν οὐδένα, γαῖα φίλη,
Μίκυλος· εἴ τι πονηρὸν ἐπῄνεσα, μήτε σὺ κούφη
  Γίγνεο, μήτ' ἄλλοι, δαίμονες οἵ μ' ἔχετε.

V. Myrini.

Thyrſis oves ſolitus Nympharum paſcere, Thyrſis
Par in cantando Panos arundinibus.
Luce meri potor, pinus cubat ecce ſub umbra:
Ipſe pedo pecudes, ipſe gubernat Amor.
Ah Nymphae, Nymhae paſtoris rumpite ſomnos
Intrepidi, ne ſit praeda Cupido feris.

TITULUS XXVII.

De Civitatibus.

I. Incerti.

O bene culta diu tellus invicta Laconum
Cernis? ab Eurota fumus it Olenius.
Umbra tibi nulla eſt. moeſtum ſua tecta volantum
Agmen humi ponit, nec lupus audit oves.

TITULUS XXVIII.

De Pauperibus.

I. Callimachi.

Vita mihi tenuis, ſed candida, nec ſcelus auſa,
Non homini cuiquam noxia, Terra parens,
Si quicquam feci male Micylus, eſto nec ipſa
Tu levis, infernae nec regionis heri.

Βαιὸν ἐπιζήσας, ὅσον ἤρκεσε. τοῦτον ἔγωγε
Ἄγριον οὐ καλέω, τὸν δὲ Φύσει θάνατον.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ἡ Φύσις ὠδίνασα πολὺν χρόνον, ἀνέρ' ἔτικτεν
Ἄξιον εἰς ἀρετὴν τῶν προτέρων ἐτέων,
Τὸν Κρατερὸν, σοφίην τε καὶ οὔνομα, τὸν καὶ ἀνιγροῖς
Κινήσαντα γόῳ δάκρυον ἀντιπάλοις.
Εἰ δὲ νέος τέθνηκεν, ὑπέρτερα νήματα μοίρης
Μέμφεο, βουλομένης κόσμον ἄκοσμον ἔχειν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ φθέγμα Κρατεροῖο, τί σοι πλέον, εἴγε καὶ αὐδῆς
Ἔπλεο καὶ σιγῆς αἴτιον ἀντιπάλοις;
Ζῶντος μὲν γὰρ, ἅπαντες ἐφώνεον· ἐκ δὲ τελευτῆς
Ὑμετέρης, ἰδίην αὖθις ἔδησαν ὄπα.
Οὔτις γὰρ μετὰ σεῖο μόρον τέτληκε τανύσσαι
Ὦτα λόγοις· Κρατερῷ δ' ἓν τέλος ἠδὲ λόγοις.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν σορὸς ἥδε κέκευθεν
Ἀετίου χρηστοῦ, ῥήτορος εὐεπέος.
Ἦλθεν δ' εἰς Ἀΐδαο δέμας, ψυχὴ δ' ἐς Ὄλυμπον.
Ἀθάνατον ποιεῖ δ' οὐ λόγος, οὔτε Θεός.

ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀντιπάτρου ῥητῆρος ἐγὼ τάφος· ἡλίκα δ' ἔπνει
Ἔργα, Πανελλήνων πεύθεο μαρτυρίης.

Advivens modicum, quantum ſatis: hanc ego laudo
Mortem; natura quae venit, illa mala eſt.

III. Juliani, Aegyptii,
ex genere Praefectorum Auguſtalium.

Foeta diu tandem peperit natura ſerenis
Laudibus aequantem ſaecula priſca virum:
Nomine erat Craterus, ſed re quoque: mortuus ipſis
Extorſit lachrymas hoſtibus ille ſuis.
Quod juvenis periit, de Parca juſta querela eſt,
Quae tale in mundo noluit eſſe decus.

IV. Ejusdem.

Quid Crateri te lingua potentius? hoſtibus ipſis
Cur taceant cauſa es, cur loquerentur, eras.
Omnes te ſuperis auris veſcente ſonabant:
Omnes ora tuo funere clauſa tenent.
Nec praebere velit quisquam ſermonibus aures;
Idem dicendi terminus & Crateri.

V. Philippi, Thessalonicensis.

Aëtii ſanctum caput hac tellure tenetur,
Qui bonus, & Rhetor voce diſertus erat.
Corpus humum, mens aſtra petit: praeſtare ſolutos
Morte nec eloquium, nec Deus ipſe poteſt.

VI. Incerti.

Antipatri tumulus ſum Rhetoris: ore diſerto
Qualia praeſtiterit, Graecia teſtis erit.

Κεῖται δ' ἀμφήριστος Ἀθηνόθεν, εἴτ' ἀπὸ Νείλου
 Ἦν γένος. ἠπείρων δ' ἄξιος ἀμφοτέρων.
Ἄστεα καὶ δ' ἄλλως ἑνὸς αἵματος, ὡς λόγος ἐστὶ
 Κλήρῳ δ' ἡ μὲν ἀεὶ Παλλάδος, ἡ δὲ, Διός.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΛΑ'.

Εἰς Υἱοὺς καὶ Θυγατέρας.

ΔΙΟΤΙ'ΜΟΥ.

Τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν; τί δὲ, τέκνα τεκέσθαι;
 Μὴ τέκοι, εἰ μέλλοι παιδὸς ὁρᾶν θάνατον.
Ἠϊθέῳ γὰρ σῆμα Βιάνορι χεύατο μήτηρ·
 Ἔπρεπε δ' ἐκ παιδὸς μητέρα τοῦδε τυχεῖν.

ἈΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ.

Υἱῷ πατὴρ τόδε σῆμα. τὸ δ' ἔμπαλιν ἦν τὸ δίκαιον
 Ἦν δὲ δικαιοσύνης ὁ Φθόνος ὀξύτερος.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ.

Τὰν στάλαν ἐχάραξε Βιάνωρ οὐκ ἐπὶ ματρὶ,
 Οὐδ' ἐπὶ τῷ γενέτᾳ, τύμβον ὀφειλόμενον,
Παρθενικᾷ δ' ἐπὶ παιδί· κατέστενε δ' οὐχ Ὑμεναίῳ,
 Ἀλλ' Ἀίδᾳ νύμφαν δωδεκέτιν κατάγων.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ.

Λατύπος Ἀρχιτέλης Ἀγαθάνορι παιδὶ θανόντι
 Χερσὶν ὀϊζυραῖς ἡρμολόγησε τάφον.
Αἲ, αἲ, πέτρον ἐκεῖνον, ὃν οὐκ ἐκόλαψε σίδηρος,
 Ἀλλ' ἐτάκη πυκινοῖς δάκρυσι τεγγόμενος.

Φεῦ,

Ambiguum Nilotis ei ſit an Attica tellus
Patria: ſed certe dignus utraque fuit.
Fama refert ambas unius originis urbes
Eſſe: ſed haec ſors eſt Palladis, illa Jovis.

TITULUS XXXI.

De Filiis & Filiabus.

I. Diotimi.

Quid juvat eniti miſeras ſua pondera matres?
Ne pariant potius, funera quam videant.
Nam tumulum juvenis tenet hunc a matre Bianor,
Quem potius matri debuit ipſe dare.

II. Incerti.

Hoc tibi, nate, pater. contra fuit aequius: aequum
Sed feſtinanti non placet invidiae.

III. Leonidae, Alexandrini.

Non facit hunc tumulum defuncta matre Bianor,
Conditur illius nec pietate pater.
Filia ſed virgo, quae biſſex nata per annos,
A patre non thalamo tradita, ſed tumulo eſt.

IV. Philippi, Thessalonicensis.

Architeles lapicida dolens Agathanori nato
Haec exſtructa ſua dat monumenta manu.
Ah lapis infelix, quem non vis horrida ferri,
Sed lachrymae moeſti patris ab ore cavant.

Φεῦ, στήλη, φθιμένῃ κούφη μένε, κεῖνος ἵν' εἴπῃ,
Ὄντως πατρῴη χεὶρ ἐπέθηκε λίθον.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἐνθάδε Πυθώνακτα κασιγνήτην τε κέκευθεν
Γᾶ, ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν.
Μνῆμα δ' ἀποφθιμένοισι πατὴρ Μεγάριστος ἔθηκεν
Ἀθάνατον, θνητοῖς παισὶ χαριζόμενος.

ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Αἶ, αἶ, Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
Οἴχεαι, ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου·
Ματρὶ δὲ δάκρυα σᾶ καταλείπεται, ἃς ἐπὶ τύμβῳ
Πολλάκι κεκλιμένας κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

ἈΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Καὶ τίς, ὃς οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον, υἱέα κλαύσας;
Ἀλλ' ὁ Ποσειδίππου πάντας ἔθαψε δόμος,
Τέσσαρας, οὓς Ἀΐδαο συνήριθμον ἥρπασεν ἦμαρ,
Τὴν πολλὴν παίδων ἐλπίδα κειραμένου.
Πατρὸς δ' ὄμματα λυγρὰ κατομβρηθέντα γόοισιν
Ὤλετο. κοινή που νὺξ μία πάντας ἔχει.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἆ δείλ' Ἀντίκλεις, δειλὴ δ' ἐγὼ ἡ τὸν ἐν ἥβης
Ἀκμῇ καὶ μοῦνον παῖδα πυρωσαμένη,
Ὀκτωκαιδεκέτης ὃς ἀπώλεο· τέκνον, ἐγὼ δὲ
Ὀρφανὸν κλαίω γῆρας ὀδυρομένη.

Βαί-

Sis levis, ut dicat jacet hic qui mortuus: iſtum
Quae poſuit, vere dextra paterna fuit.

V. Simonidae.

Iſte tegit tumulus cum Pythonacte ſororem,
Aetas in medio queis juvenilis erat.
Mortales ambo: quibus immortale ſepulchrum
Dat Megariſtus, & hoc ſe probat eſſe patrem.

VI. Mnasalci.

Inter complexus Acherontis Ariſtocratia,
Non ubi debueras nupta jacere, jaces.
Liquitur at mater lachrymis, quas ſaepe recentes
Ad tumulum ſtrato dejicit ex capite.

VII. Apollonidae.

Dura quidem patitur, nati qui funera luget,
Dura: Poſidippi ſed graviora domus;
Quattuor heu natis in quattuor orba diebus:
Spe ſobolis quanta decidit ille pater.
Nec ſatis hoc: etiam crebro ſua lumina fletu
Perdidit, & ſic nox omnibus eſt eadem.

VIII. Leonidae.

Anticlees miſerande: magis miſeranda ſed ipſa
Quae ſaevo poſui mater in igne rogi,
Unice te, vixti tria qui ſexennia, quem nunc
Sola ſuper, ſenio debilis, orba gemo.

Βαίνειν εἰς Ἀΐδος σκιερὸν δόμον, οὔτέ μοι ἥβης
 Ἠδεῖ', οὔτ' ἀκτῖς ὠκέος ἠελίου.
Ἆ, δείλ' Ἀντίκλεις, μεμορημένε, πένθεος εἴης
 Ἰητὴρ, ζωὴν ὧγε κομισσάμενος.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ.

Τοῦτό τοι, Ἀρτεμίδωρε, τεῷ ἐπὶ σήματι μήτηρ
 Ἴαχε, δωδεκέτη σὸν γοάουσα μόρον,
Ὤλετ' ἐμᾶς ὠδῖνος ὁ πᾶς πόνος εἰς πόνον, εἰς πῦρ·
 Ὤλετο Παμμενέος γειναμένου κάματος·
Ὤλετ' ἀπευθής μοι τέρψις σέθεν. ἐς γὰρ ἄκαμπτον,
 Ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων·
Οὐδ' ἐς ἐφηβείην ἐλθὼν, τέκος. ἀντὶ δὲ σεῖο
 Στάλα, καὶ κωφὰ λείπεται ἄμμι κόνις.

ΜΕΛΕΆΓΡΟΥ.

Οἰκτρότατον μάτηρ σε, Χαρίξενε, δῶρον ἐς Ἅδαν
 Ὀκτωκαιδεκέτη ἐστόλισε χλαμύδι.
Ἦ γὰρ δὴ καὶ πέτρος ἀνέστενεν, ἁνίκ' ἀπ' οἴκων
 Ἅλικες οἰμωγᾷ σὸν νέκυν ἀχθοφόρευν.
Πένθος δ' οὐχ Ὑμέναιον ἀνωρύοντο γυναῖκες,
 Αἶ, αἶ, τὰς μαστῶν ψευδομένας χάριτας,
Καὶ κενεὰς ὠδῖνας. ἰὼ κακοπάρθενε μοῖρα,
 Σπειρογόνας στοργὰν ἔπτυσας εἰς ἀνέμους.
Τοῖς μὲν ὁμιλήσασι ποθεῖν πάρα, τοῖς δὲ τοκεῦσι
 Πενθεῖν, τοῖς δ' ἀγνῶς πευθομένοις ἐλεεῖν.

ἈΝΥΤΗΣ.

Λοίσθια δὴ τάδε πατρὶ φίλῳ, περὶ χεῖρε βαλοῦσα,
 Εἶπ' Ἐρατὼ, χλωροῖς δάκρυσι λειβομένα.

Ὦ

Jamque mihi votum eſt loca Ditis adire: nec Eos
  Grata, nec eſt ſolis jam mihi dulce jubar.
Anticlees miſerande, gravis medicina doloris
  Ut fias, vitae me precor eripias.

IX. Antipatri.

Clamabat cum te bisſexto amiſerat anno,
  Ad tumulum genetrix, Artemidore, tuum:
Occidit ille mei partus labor, ivit in ignem
  Et lachrymas ſtudium Pammenis omne patris.
Vaneſcunt pariter mea gaudia: nam tibi Ditis
  Intratum eſt nulli quod remeatur iter.
Aetate abriperis nondum bene pubere. pro te
  Cippus hic, & ſurdi nunc mihi ſunt cineres.

X. Meleagri.

Ter ſex annorum te triſte, Charixene, munus
  In chlamyde inferno dat pia mater hero.
E lare cum moeſti te portavere ſodales,
  Tunc etiam lapides ingemuiſſe putem.
Lamentis ſonuere nurus, non voce jugali,
  Heu lac quod niveis fluxit ab uberibus,
Heu partus periere: quid o virgo impia Parca
  Curam Spirogones exſpuis in nebulas.
Te grex aequalis deſiderat: ambo parentes
  Plorant: triſte gemet, quisquis inaudierit.

XI. Anytae.

Haec Erato complexa patrem dedit ultima verba,
  Dumque dabat, lachrymis permaduere genae.

Non

Ὦ πάτερ, οὔτοι ἔτ' εἰμὶ, μέλας δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει
Ἤδη ἀποφθιμένης κυάνεος θάνατος.

ΤΗ͂Σ ΑΥ̓ΤΗ͂Σ.

Πολλάκι τῷ δ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι κλεινὰ
Μάτηρ ὠκύμορον παῖδ' ἐβόησε, φίλαν
Ψυχὴν ἀγκαλέουσα Φιλαινίδος, ἃ πρὸ γάμοιο
Χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα.

ΠΕ΄ΡΣΟΥ.

Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο, Φιλαίνιον, οὐδέ σε μάτηρ
Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν ἐς θαλάμους
Νυμφίου. ἀλλ' ἐλεεινὰ καταδρύψασα παρειὰς,
Τεσσαρακαιδεκέτιν τῷδ' ἐκάλυψε τάφῳ.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ ΛΒ΄.

Εἰς Φιλοσόφους.

ἈΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ,

Εἰς Σωκράτην.

Ἡ χθαμαλὴν ὑπέδυς ὁ τόσος κόνιν, εἴς σέ τις ἀθρῶν,
Σώκρατες, Ἑλλήνων μέμψεται ἀκρισίην.
Νηλέες, οἳ τὸν ἄριστον ἀπώλεσαν, οὐδὲν ἐν Ἅδου
Δόντες. τοιοῦτοι πολλάκι Κεκροπίδαι.

Εἰς Πλάτωνα.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
Ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων,

Υἱοῦ

Non ultra tibi ſum genitor. mea lumina (ſenſi)
Frigida mors anima jam fugiente tegit.

XII. Ejusdem.

Planxit ad hoc crebro mater miſeranda ſepulchrum
Natam, quam properans mors tulit, ore ciens;
Si poſſet revocare Philaenida: non redit illa
Ante maritales ad Styga rapta toros.

XIII. Persae, Macedonis.

Occidis heu neque nupta Philaenion: optima nec te
Tradidit in ſponſi jura torumque parens
Pythias. hîc ſed te, cui nunc bis ſeptimus annus,
Heu poſuit, triſtes dilacerata genas.

TITULUS XXXII.

De Philoſophis.

I. Antipatri,
de Socrate.

Quantilla quantus ſub humo jacet? omnia Graecos
Saecula dementes Socrate teſte probant.
Optimus eſt hominum morti datus, at nihil Orco.
Peccatis crebro talia Cecropidae.

II. *De Platone.*

Terra quidem gremio corpus tegit illa Platonis,
At mens in ſuperis eſt ſine morte locis.

Υἱοῦ Ἀρίστωνος. τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
  Τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς, θεῖον ἰδόντα βίον.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἰετὲ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφον, ἢ τίνος, εἰπὲ,
  Ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
Ψυχῆς εἰμὶ Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς ὄλυμπον
  Εἰκών· σῶμα δὲ γῆ γηγενὲς Ἀτθὶς ἔχει.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ πῶς, εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' Ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
  Ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
Καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς Ἀσκληπιὸς, ἐστὶν ἰητὴρ
  Σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα·
  Τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν, τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι.
Δαισάμενος δὲ γάμον, πόλιν ἤλυθεν, ἥν ποθ' ἑαυτῷ
  Ἔκτισε, καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο.

ΣΠΕΥΣΙΠΠΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
  Ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Εἰς

Cujus Ariſto pater: bonus hunc miſeratur & Indus.
In terris vitam viderat ille Deûm.

III. *De eodem.*

Cujus es, & quorſum tumulo Jovis armiger inſtans
Aſtrigeras divûm ſuſpicis ore domos?
Spector ego ad ſuperos animae volitantis imago.
Attica terrenum terra Platonis habet.

IV. Diogenis Laërtii, *de eodem.*

Unde, niſi Grajis ſeviſſet Apollo Platonem,
Ut morbos animi charta levaret, erat?
Namque Coronides ſicut prognatus eodem
Corporis eſt, animi ſic medicina Plato.

V. Ejusdem, *de eodem.*

Phoebe Coronidae pater es, pater esque Platonis,
Mentis ut hic medicus, corporis ille foret.
Connubiale epulum celebrans migravit in urbem,
Quam prius in regno ſtruxerat ipſe Jovis.

VI. Speusippi, *de eodem.*

Terra ſinu magni complectitur oſſa Platonis,
Par ſuperis animus regna beata tenet.

Εἰς Δημόκριτον.

Ἦν ἄρα Δημοκρίτοιο γέλως τόδε· καὶ τάχα λέξει,
Οὐκ ἔλεγον γελόων, πάντα πέλουσι γέλως;
Καὶ γὰρ ἐγὼ σοφίην μετ᾽ ἀπείρονα, καὶ ςίχα βίβλων
Τοσσατίων, κεῖμαι νέρθε τάφοιο γέλως.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον
Ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος;
Ὃς θάνατον παρέοντα τρί᾽ ἤματα δώμασιν ἔσχεν,
Καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰ καὶ ἀμειδήτων νεκύων ὑπὸ γαῖαν ἀνάσσεις
Φερσεφόνη, ψυχὴν δέχνυσο Δημοκρίτου,
Εὐμενέως γελόωσαν. ἐπεὶ καὶ σεῖο τεκοῦσαν,
Ἀχνυμένην ἐπί σοι, μοῦνος ἔκαμψε γέλως.

Εἰς Διογένη τὸν Κύνα.

Τὸν κύνα Διογένην νεκυοςόλε δέξο με πορθμεῦ,
Γυμνώσαντα βίου παντὸς ἐπισκύνιον.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰπὲ, κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεςὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ Κυνός. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ Κύων;

Διογέ-

VII. *De Democrito.*

Democriti riſus nempe hoc erat. & puto dicet,
Non dixi hoc ridens, omnia ridicula.
Qui tantum ſapui, qui tanta volumina ſcripſi
Librorum, riſus nunc ego ſum tumuli.

VIII. DIOGENIS LAËRTII, *de eodem.*

Quis ſapiens adeo? quis opus tam grande peregit,
Quam vir mente tenens omnia Democritus?
Quippe dies habuit tres intra limina mortem,
Et paſtum calidi panis odore dedit.

IX. JULIANI, AEGYPTII, *ex genere Praefectorum Auguſtalium, de eodem.*

Perſephone, quamquam regnas ridere negantes
In populos, animam ſuſcipe Democriti,
Ridentem placide. cum de te moeſta doleret,
Ipſa tua inflexa eſt riſibus alma parens.

X. *De Diogene cane.*

Hanc quoque Diogenis canis accipe portitor umbram.
Exutam vitam faſtibus ille dedit.

XI. *De eodem.*

Cujus hic eſt tumulus, cui tu canis, oro, ſuperſtas?
Eſt canis. at quisnam vir fuit ille canis?

Διογένης. Γένος εἰπέ· Σινωπεύς. Ὃς πίθον ᾤκει;
Καὶ μάλα· νῦν δὲ θανὼν ἀςέρας οἶκον ἔχει.

ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Διογένευς τόδε σῆμα, σοφοῦ Κυνὸς, ὅς ποτε θυμῷ
Ἄρσενι γυμνήτην ἐξεπόνει βίοτον.
Ὧ μία τὶς πήρα, μία διπλοῒς, εἷς ἅμ' ἐφοίτα
Σκίπων, αὐτάρκους ὅπλα σαοφροσύνης.
Ἀλλὰ τάφου τοῦ δ' ἐκτὸς ἴτ' ἄφρονες· ὡς ὁ Σινωπεὺς
Ἐχθαίρει φαῦλον πάντα, καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

ΟΝΕ'ΣΤΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος.

Ὡς ἀπὸ τοῦ Διογένους.

Πάντα φέρω πορθμῆϊ· λέλοιπα γὰρ οὐδὲν ὑπὲρ γῆς.
Ἀλλὰ κύον σαίνοις Κέρβερε τόν με κύνα.

ΑΡΧΙ'ΟΥ,

Ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

Ἀΐδος ὦ νεκυηγὲ, κεχαρμένε δάκρυσι πάντων,
Ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ.
Εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων
Ὁλκὰς, μὴ προλίπῃς Διογένη με κύνα.
Ὄλπην καὶ σκίπωνα φέρω, καὶ διπλόον εἷμα,
Καὶ πήρην, καὶ σοὶ ναυτιλίης ὀβολόν.

Καὶ

Diogenes. genus unde? Sinopius. ille cadine
Incola? is eſt: ſed nunc mortuus aſtra tenet.

XII. Antipatri,
de eodem.

Diogenes ſitus hic ſapiens canis, ille virili
Pectore qui vitae velitis auctor erat.
Unus cui baculus, pera una, & diplois una:
Haec animo frugi quippe fuere ſatis.
Veſani, moneo procul hoc abſiſtite buſto:
Ferre Sinopenſis neſcit & umbra malos.

XIII. Onestae,
de eodem.

Diogenis ſapientis opes ſunt pera, lacerna,
Scipio; nulla fuit vita onerata minus.

XIV. *Diogenes loquitur.*

Nil liqui tellure: fero mea cuncta Charonti:
Mota tua excipiat, Cerbere, cauda canem.

XV. Archiae,
idem loquitur.

Heus lachrymis gaudens hominum qui portitor umbras
Suſcipis, atque altum trans Acheronta vehis:
Quamvis ire pares onerata Manibus alvo,
Diogenem in ripa ne, rogo, linque canem.
Eſt ampulla mihi, pera eſt, & diplois: eſt &
Scipio, nec ſolvam quem tibi, deeſt obolus.

Haec

Καὶ ζωὸς τάδε μοῦνον, ἃ καὶ νέκυς ὧδε κομίζω,
Εἶχον· ὑπ' ἠελίου δ' οὔτι λέλοιπα φάει.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἀΐδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' Ἀχέροντος
Ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ,
Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
Βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην.
Ὄλπη μοι καὶ πήρα ἐφόλκια, καὶ τὸ παλαιὸν
Ἔσθος, χὠ φθιμένους ναυστολέων ὄβολος.
Πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐπεπάμμεθα, ταῦτα παρ' Ἅδην
Ἔρχομ' ἔχων· λεῖπον δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίου.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ.

Εἰς Ἐρατοσθένη.

Πρηΰτερον γῆράς σε, καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ
Ἔσβεσεν· εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
Ἄκρα μεριμνήσας, Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρήνη
Μαινὰς ἐπ' ἀτρύτων ἐκτὸς ἔδεκτο τάφων,
Ἀγλαοῦ υἱέ· φίλος δὲ καὶ ἐν ξείνῃ κεκάλυψαι
Πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφούς.

Ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο Λίνδος·
Ἀμφὶ δὲ Σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχει·
Πιττακὸν ἁ Μιτυλήνα· Βίαντα δὲ δῖα Πριήνη·
Μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα δίκας.
Ἁ Σπάρτα Χίλωνα· Σόλωνα δὲ Κεκροπὶς αἶα·
Πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

Haec habui tantum vivus, quae mortuus ecce
Adfero: ſub ſolis luce relinquo nihil.

XVI. Leonidae.

Plutonis rigidi tetro gravis ore miniſter,
Qui nigra transis hunc Acheronta rate,
Diogenem me, quaeſo, canem ſimul accipe, quamquam
Umbrarum portat vix tua navis onus.
Ampullam peramque fero, veteremque lacernam,
Atque obolum, merces quae tua, vèctor, erit.
Omnia, quae vivens habui, fero Ditis ad aulam;
Res ſub ſole, fuit quae mea, nulla manet.

XVII. Dionysii Cyziceni,
de Eratoſthene.

Non te ſaeva lues ſed molliter acta ſenectus
Exſtinxit: tenuit te ſine fine ſopor,
Poſt tantas curas, Eratoſthenes optime, non tu
Firmis Cyrenes Maenados in tumulis
Conderis, Aglaide. ſed enim cariſſima nobis
Hoſpita Protei littoris umbra jaces.

XVIII. Antipatri Sidonii,
de ſeptem ſapientibus.

Septem fama ſophos celebrat. Cleobulus in illis
Lindius eſt. Ephyre te, Periandre, dedit.
Pittace te genuit Mitylena: Bianta Priene:
Miletos juris robur opesque Thalen,
Milonem Spatre dedit, Attica terra Solonem;
Quos prudens gravitas eſt comitata viros.

Εἰς Θαλῆν.

Τόνδε Θαλῆν Μίλητος Ἰὰς θρέψασ' ἀνέδειξεν
  Ἀστρολόγων πάντων πρεσβύτατον σοφίῃ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἦ ῥ' ὀλίγον γε τὸ σῆμα, τὸ δὲ κλέος, οὐρανόμηκες,
  Τοῦ πολυφροντίστου τοῦδε Θάλητος ὅρη.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα θεώμενον, Ἠλεῖε Ζεῦ,
  Τὸν σοφὸν ἄνδρα Θαλῆν ἥρπασας ἐκ σταδίου.
Αἰνέω ὅττι μιν ἐγγὺς ἀπήγαγες· ἦ γὰρ ὁ πρέσβυς
  Οὐκ ἔθ' ὁρᾷν ἀπὸ γῆς ἀστέρας ἠδύνατο.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ,

Εἰς Πιττακόν.

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω
  Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
  Νύμφη, καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ·
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε· τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε μοι σὺ
  Βούλευσον, ποτέρην εἰς Ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. Ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
  Ἠνίδε κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
  Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησὶ, μετ' ἴχνια. Χὼ μὲν ἐπέστη
  Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Ταῦτ'

XIX. *De Thalete.*

Fortunata Thalen genuit Miletus Ionum;
  Praecipuum magnis nomen in Aſtrologis.

XX. *De eodem.*

Sollertis non celſa vides monumenta Thaletis:
  Gloria ſed ſuperas venit ad usque domos.

XXI. Diogenis Laërtii, *de eodem.*

Juppiter ex ſtadio raptas Elëe Thaletem,
  Dum certaturos nudat arena viros.
Quod tibi feciſti propriorem, laudo: nequibat
  Amplius ex terris aſtra videre ſenex.

XXII. Callimachi, *de Pittaco.*

Hyrrhadii natum cum Pittacon ex Mitylena
  Iret Atarnites poſcere conſilium,
Spes mihi conjugii, pater, eſt, ait ille, duarum:
  Altera par genere eſt, par opibusque mihi.
Altera me multum ſuperat, quid rectius? utram
  Auctor es ut ducam participemque toro?
Dixerat, ille levans baculum, gravis arma ſenectae,
  En, ait, hi dicent jam tibi quicquid opus.
Forte ibi curſantes pueri per lata viarum
  Denſabant rapidis verbera turbinibus.
Hos ſequitur juſſus propterque aſſiſtit, & audit
  Dicere ludentes: duc ſibi quisque parem.

Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος, ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος·
Τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην.
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Εἰς Βίαντα.

Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει
Ἥδε Βίαντα πέτρη, κόσμον Ἴωσι μέγαν.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς
Εἰς Ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.
Εἶπε γὰρ, εἶπε δίκην ἑτάρου τινός· εἶτ' ἀποκλινθεὶς
Παιδὸς ἐς ἀγκαλίδας, μακρὸν ἔτεινεν ὕπνον.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς Ἀνάχαρσιν.

Ἐς Σκυθίην Ἀνάχαρσις ὅτ' ἤλυθε πολλὰ μογήσας,
Πάντας ἔπειθε βιοῦν ἤθεσιν Ἑλλαδικοῖς·
Τὸν δ' ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα
Πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὦκα δόναξ.

ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ,

Εἰς Δίωνα τὸν Συρακούσιον.

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ
Μοῖραι ἐπέκλωσαν δή ποτε γεινομέναις·

Σοὶ

Paruit huic hoſpes pueriliqne omine doctus
Rem ſibi cum magna noluit eſſe domo:
Contentusque fuit mediocris foedere nuptae:
Hunc ſequere, & parilem foedere junge, Dion.

XXIII. *De Biante.*

Hac tegitur qui mole Bias, ex urbe Priene
Editus, Ioniae gloria gentis erat.

XXIV. DIOGENIS LAËRTII,
de eodem.

Hic jacet ille Bias, quem canum ad limina Ditis
Deduxit facili tramite Mercurius.
Egerat ut cauſam noti ſibi, brachia fuſus
In pueri, ſomnum dormiit abſque modo.

XXV. EJUSDEM,
de Anacharſi.

Poſt mala multa redux Scythicas Anacharſis ad oras
Inſtituit Graeco vivere more ſuos.
Verba ſed ore ſuo nondum perfecta ſonantem
Pennata ad ſuperos ecce ſagitta rapit.

XXVI. PLATONIS,
de Dione Syracuſano.

Dardaniis nurubus lachrymas Hecubaeque potenti
Jam prima Parcae praeſtituere die.

Σοὶ δὲ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων,
Δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐνὶ πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι, Δίων.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ,

Εἰς Θεόφραστον.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ ἐλέχθη,
Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνειμένον.
Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μὲν, ἀπηρὸς
Ἦν δέμας· εἶτ' ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

ΤΟΥ῀ Α'ΥΤΟΥ῀,

Εἰς Ἡρακλείδην.

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλείδη,
Ὥς ῥα θανὼν, ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων.
Ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε· δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ
Ἦε δράκων· σὺ δὲ, θὴρ οὐ σοφὸς ὢν, ἑάλως.

ΤΟΥ῀ Α'ΥΤΟΥ῀,

Εἰς Πυθαγόραν.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπέχες χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·
Τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἥψατο, Πυθαγόρη;
Ἀλλ' ὅταν ἑψηθῇ τι, καὶ ὀπτηθῇ, καὶ ἁλισθῇ,
Δὴ τότε καὶ ψυχὴν μὴ ἔχον ἐσθίομεν.

ΤΟΥ῀ Α'ΥΤΟΥ῀.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἶ, αἶ, Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη;
Καὶ θάνε δῆτα φυτοῖς ἅμμιγα τοῖς ἰδίοις.

At tibi clare Dion poſt immortale peractum
  Illud opus, Dî ſpes abſecuere tuas.
Patria nunc te magna tegit, civesque celebrant:
  O mihi qui furias pectus amore, Dion.

XXVII. Diogenis Laërtii,
de Theophraſto.

Non male quis dixit, ſapientia quem regit, arcum
  Rumpi, ſi nervi vis reſoluta fuit.
Integer in medio Theophraſtus namque labore
  Fit, ſimul ut ceſſat, debilis, & moritur.

XXVIII. Ejusdem,
de Heraclide.

Famam Heraclide voluiſti ſpargere, tamquam
  Ipſe draco vivus poſt tua fata fores.
Falleris, affectas dum fallere. nam fera vere
  Exſtitit illa draco: tu fera, non ſapiens.

XXIX. Ejusdem,
de Pythagora.

Tangere non ſolus trepidas animata, ſed & nos:
  Nam quis viva velit mandere, Pythagora.
Sed ſimul ac ſalſum fuit, elixumque vel aſſum,
  Tum demum victu paſcimur exanimi.

XXX. Ejusdem,
de eodem.

Eheu Pythagorae reverentia tanta fabarum
  Cur fuit, at pereant ut fata, ſic periit.

Χωρίον ἦν κυάμων· ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
'Εξ 'Ακραγαντίνων κάτθαν' ἐνὶ τριόδῳ.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃,
Εἰς 'Εμπεδοκλῆν.

Καὶ σύ ποτ' 'Εμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας,
Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
Οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης·
'Αλλὰ λαθεῖν ἐθέλων, ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃,
Εἰς τὸν αὐτόν.

Ναὶ μὴν 'Εμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὥς ποθ' ἁμάξης
Ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
Εἰ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο, καὶ πίε τὸ ζῆν,
Πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

ἌΔΗΛΟΝ,
Εἰς 'Επίχαρμον.

Εἴ τι παραλλάσσει φάεθων μέγας ἥλιος ἄστρων,
Καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν·
Φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν 'Επίχαρμον,
Ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρακοσίων.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ,
Εἰς Φιλόλαον.

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν.
Εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς.
Οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀπῶλε Κρότων ποτὲ πάτρη,
Ὥς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

Εἰς

Ne calcaret agrum portantem tale legumen,
  Occidit in triviis ex Acragante manu.

XXXI. Ejusdem,
de Empedocle.

Et tibi ab aeternis flamma eſt crateribus hauſta,
  Empedocles: igni membra piata tibi.
Non dico quod ſponte tua te injeceris Aetnam,
  Lapſus eo es nolens, credo latere volens.

XXXII. Ejusdem,
de eodem.

Empedoclem lapſum curru fert fama periſſe,
  Fregerat ut dextrum ſaeva ruina femur.
Si vere vitam bibit ex crateribus Aetnae,
  Cur tumulum illius cernimus in Megaris?

XXXIII. Incerti,
de Epicharmo.

Sidera ſol quantum regali lumine vincit,
  Et quanto pelagi flumine major aqua eſt;
Tanto aliis major ſapientibus eſt Epicharmus,
  Serta Syracuſae dona gerens patriae.

XXXIV. Diogenis Laërtii,
de Philolao.

Suſpectus ne ſis cave, quisquis es, hortor: ut ipſe
  Nil facias, ſat ſi velle putere mali eſt.
Occidit quondam Croto patria ſic Philolaum,
  Dum ſibi ſervitium ne ſtruat arce, timet.

Εἰς Ἡράκλειτον.

Πολλάκις Ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
 Ὧδε διαντλήσας δύσμορος εἶτ' ἔθανεν.
Σῶμα γὰρ ἀρδεύουσα κακὴ νόσος ὕδασι, φέγγος
 Ἔσβεσεν ἐκ βλεφάρων, καὶ σκότον ἠγάγετο.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί με, ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
 Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δέ μ' ἐπισταμένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι,
 Οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Φερσεφόνῃ.

ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον, ἐς δέ με δάκρυ
 Ἤγαγεν· ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ἀλλὰ σὺ μέν που,
 Ξεῖν' Ἁλικαρνησσεῦ, τετράπαλαι σποδιή.
Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
 Ἁρπακτὴς Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

ΔΙΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙ'ΟΥ,

Εἰς Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην.

Ἤθελες, ὦ Ζήνων, καλὸν ἤθελες ἄνδρα τύραννον
 Κτείνας, ἐλκῦσαι δουλοσύνης Ἐλέαν.
Ἀλλ' ἐδάμης. δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος, ἐν ὅλμῳ
 Κόψε· τί τοῦτο λέγω; σῶμα γάρ, οὐχὶ δέ σε.

ΤΟΥ

XXXV. *De Heraclito.*

Saepe Heraclitum miror, quod ducere vitam
  Pertolerans inter tot mala poſt obiit.
Corpus namque rigans humore intercute morbus
  Expulerat gemino luminis orbe diem.

XXXVI. *De eodem.*

Heraclitus ego. quid inertes deprimitis me?
  Non vobis, doctis ſed datus iſte labor.
Unus homo plus mille mihi; tot millia nemo.
  Hoc loquor in regno nunc quoque Perſephones.

XXXVII. Callimachi, *de eodem.*

Heraclite tuae mortis mihi nuntius egit
  Me miſerum in lachrymas; nam duo ſaepe ſimul
Solis ad occaſum fando duravimus: at tu
  Ex Halicarnaſſo proſate jam cinis es.
Sed non una tuo ſub nomine vivit aëdon,
  Cui nullo injiciet tempore Pluto manum.

XXXVIII. Diogenis Laertii, *De Zenone Velienſi.*

Servitium Velia depellere caede Tyranni
  Propoſitum fuerat, Zeno, virile tibi.
Victus es, inque pila te contudit ille Tyrannus:
  Non te, ſed corpus dicere debueram.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς Πρωταγόραν.

Καὶ σὲ, Πρωταγόρη, φάτιν ἔκλυον, ὥς ἄρ' Ἀθηνῶν
 Ἔκ ποτ' ἰὼν, καθ' ὁδὸν πρέσβυς ἐὼν ἔθανες.
Εἵλετο γάρ σε φυγεῖν Κέκροπος πόλις· ἀλλὰ σὺ μέν που
 Παλλάδος ἄστυ φύγες, Πλούτεα δ' οὐκ ἔφυγες.

ΚΡΑ'ΤΗΤΟΣ,

ὁμοιόπτωτον τῷ εἰς Σαρδανάπαλον.

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
Σέμν' ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τύμβος ἔμαρψεν.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

Εἰς Πύῤῥονα σκεπτικὸν, ἀμοιβαῖον.

Κάτθανες, ὦ Πύῤῥων; ἐπέχω. πυμάτην μετὰ μοῖραν
 Φὴς ἐπέχειν; ἐπέχω. σκέψιν ἔπαυσε τάφος.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς Ἐπίκτητον, ἰσόψηφον.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος.
 Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂, ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου,

Εἰς Δημόκριτον.

Πλούτων δέξο μάκαρ Δημόκριτον, ὥς κεν ἀνάσσων
 Αἰὲν ἀμειδήτων, καὶ γελάοντα λάχοις.

ΠΛΑ'-

XXXIX. Ejusdem,
de Protagora.

Protagora, te fama refert ex urbe profectum
Palladis, inter iter mox obiiſſe ſenem.
Quippe relegarat populus te Cecropis: at tu
Hunc poteras, Ditem non potes effugere.

XL. Cratetis,
imitatio illius de Sardanapalo.

Quae didici, quae ſum meditatus, cumque Camaenis
Pulchra ſcii, mea ſunt: illa inclyta caetera, buſti.

XLI. Juliani,
de Pyrrhone Sceptico, alternatum.

Mortuus es Pyrrhon? dubito. dubitare licetne
Poſt mortem? dubito. non ſinit hoc tumulus.

XLII. Incerti,
de Epicteto.

Servus Epictetus, nec corporis integer, Iro
Pauperior: ſed Dîs ſic quoque carus eram.

XLIII. Juliani, Aegyptii,
ex genere Praefectorum Auguſtalium,
de Democrito.

Accipe Democritum, Pluton, ut rideat unus
In regno riſum non capiente tuo.

ΠΛΆΤΩΝΟΣ.

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ᾽ ὅτι καλὸς,
Ὦπται, καὶ πάντη πᾶσι περιβλέπεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ᾽ ἀνίησεις
Ὕστερον. οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἐνθάδε Γοργίου Κυνικοῦ κεφαλὴ κατάκειμαι,
Οὐκ ἔτι χρεμπτομένη, οὔτ᾽ ἀπομυσσομένη.

ΚΑΛΛΙΜΆΧΟΥ.

Εἶπας, ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὠ 'μβρακιώτης,
Ἥλατ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλοῦ τείχεος εἰς Ἀΐδην,
Ἄξιον οὔτι παθὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ᾽ ἀναλεξάμενος.

Τέλος τοῦ τρίτου τμήματος τῆς Ἀνθολογίας
διαφόρων ἐπιγραμμάτων.

'ΕΝ

XLIV. Platonis.

Nunc ignotus Alexis: at hoc ſi dixeris unum:
Pulcher hic; illum omnes undique reſpicient.
Cur, anime, os canibus monſtras, affersque dolorem
Poſt ea? non Phaedro ſic prius excidimus.

XLV. Incerti.

Gorgiae Cynici caput hac tellure recondor,
Qui nunc emungi deſiit & ſpuere.

XLVI. Callimachi.

Juſſo ſole valere Cleombrotus Ambraciota
Moenibus e ſummis in Styga deſiliit.
Dignum morte nihil paſſus: ſed nempe Platonis
De natura animi legerat ille librum.

Explicit Liber Tertius.

ἘΝ ΤΩ͂Ι ΤΕΤΑ'ΡΤΩΙ ΤΜΗ'ΜΑΤΙ ΤΗ͂Σ	IN LIBRO QUARTO
ἈΝΘΟΛΟΓΙ'ΑΣ	**ANTHOLOGIAE**
ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ'ΤΩΝ ΠΕΡΙΕ'ΧΕΤΑΙ	EPIGRAMMATUM CONTINENTUR
ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ ΤΑ'ΔΕ.	HI TITULI.

Κεφ. α.	Εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγαθῶν.	Titulus I.	De Imaginibus bonorum virorum.
β.	Εἰς ἀθλητῶν.	II.	De Imaginibus Certatorum.
γ.	Εἰς βακχῶν.	III.	De Imaginibus Baccharum.
δ.	Εἰς βασιλέων.	IV.	De Imperatorum ac Regum Imaginibus.
ε.	Εἰς γυναικῶν.	V.	De Imaginibus Mulierum.
ϛ.	Εἰς ζωγράφων.	VI.	De Pictoribus & Statuariis & quibuscumque Imaginibus.
ζ.	Εἰς ζώων.	VII.	De Animantium Imaginibus.
η.	Εἰς ἡρώων.	VIII.	De Imaginibus veterum & quorumdam Heroum.
θ.	Εἰς ἡρωΐδας.	IX.	De Heroinis.
ι.	Εἰς ἠχοῦς.	X.	In Echus Imaginem.

Κεφ. ια.	Εἰς Θαλάττης.	Titulus XI.	De maris Imagine.
ιβ.	Εἰς Θεῶν.	XII.	De Deorum Dearumque Imaginibus.
ιγ.	Εἰς ἰατρῶν.	XIII.	De Medicorum Imaginibus.
ιδ.	Εἰς καιροῦ.	XIV.	De Occaſione.
ιε.	Εἰς κήπους.	XV.	De Hortis.
ιϛ.	Εἰς κιθαρῳδῶν.	XVI.	De Fidicinibus.
ιζ.	Εἰς κίονας.	XVII.	De Columnis.
ιη.	Εἰς λίθους.	XVIII.	De Lapidibus.
ιθ.	Εἰς λουτρά.	XIX.	De Balneis.
κ.	Εἰς ναούς.	XX.	De Templis.
κα.	Εἰς Νίκης.	XXI.	De Victoriae ſimulacro.
κβ.	Εἰς ξενοδοχεῖα.	XXII.	De Xenodochiis.
κγ.	Εἰς οἴκους.	XXIII.	De Domibus.
κδ.	Εἰς ὅπλα.	XXIV.	De Armis.
κε.	Εἰς ὀρχηστρίδων.	XXV.	De Saltatricibus.
κϛ.	Εἰς πηγάς.	XXVI.	De Fontibus.
κζ.	Εἰς ποιητῶν.	XXVII.	De Poëtis.
κη.	Εἰς πόλεις.	XXVIII.	De Urbibus.
κθ.	Εἰς ποταμούς.	XXIX.	De Fluminibus.
λ.	Εἰς προάστεια.	XXX.	De Suburbanis.
λα.	Εἰς ῥητόρων.	XXXI.	De Oratorum Imaginibus.
λβ.	Εἰς σκεύη.	XXXII.	De Vaſis.
λγ.	Εἰς φιλοσόφων.	XXXIII.	De Philoſophis.
λδ.	Εἰς ὡρολόγια.	XXXIV.	De Horologiis.

ἈΝΘΟΛΟΓΊΑΣ ΔΙΑΦΌΡΩΝ ἘΠΙΓΡΑΜΜΆΤΩΝ

ΤΌ ΤΈΤΑΡΤΟΝ ΒΙΒΛΊΟΝ.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ, Α.

ΕἸΣ ΕἸΚΌΝΑΣ ἈΝΔΡΩ͂Ν ἈΓΑΘΩ͂Ν.

ΛΕΟΝΤΊΟΥ, Σχολαστικοῦ,

Εἰς εἰκόνα Γαβριηλίου, ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ.

Καὶ Φαέθων γραφίδεσσιν ἔχει τύπον· ἀλλὰ χαράσσει
Ἠέλιον τέχνη, κρυπτομένων φαέων.
Καὶ σὲ, σοφὲ πτολίαρχε, γράφει, Γαβριήλιε, τέχνη,
Ἐκτὸς σῶν ἀρετῶν, ἐκτὸς ὅλων καμάτων.

ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος, εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη, πάντα φύσις δύναται.

ΛΕΟΝΤΊΟΥ, Σχολαστικοῦ,

Εἰς εἰκόνα Καλλινίκου Κουβικουλαρίου.

Κάλλεϊ μὲν νικᾷς κραδίης τόσον ὅσσον ὀπωπῆς·
Τῆς γὰρ ἐπωνυμίης ἄξια πάντα φέρεις.

Αἰεὶ

FLORILEGII GRAECI VARIORUM EPIGRAMMATUM

LIBER QUARTUS,

Qui habet
Imaginum & rerum aliarum Inſcriptiones.

TITULUS PRIMUS.

De Imaginibus virorum bonorum.

I. Leontii, Oratoris,
de Imagine Gabriëlii, praefecti urbis Byzantii.

Ipſum etiam ſolem ſimulatrix ſaepe videndum
  Exhibet ars: radiis ſed tamen absque ſuis.
Te quoque nunc, cuſtos urbis Gabriëlie, pinxit
  Absque tuis factis, laudibus absque tuis.

II. Theaeteti.

Julianum legum jubar ut videre, negatum
  Nil hominum ingenio, Roma ait & Beroë.

III. Leontii, Oratoris,
de Imagine Callinici Cubicularii.

Quam facie ſuperas alios tam pectore pulchro:
  Omnia ſunt in te nomine digna tuo.

Αἰεὶ δ' ἐν θαλάμοισι κατευνάζων βασιλῆα,
Πᾶσαν ὑποσπείρεις οὔασι μειλιχίην.

ΘΕΟΔΩΡΉΤΟΥ, Γραμματικοῦ,

Εἰς εἰκόνα ἄρχοντος ἐν Σμύρνῃ.

Ἐκ Φιλαδελφείης ξεινήϊα ταῦτα Φιλίππῳ.
Φράζεο πῶς μνήμων ἡ πόλις εὐνομίης.

ἈΔΈΣΠΟΤΟΝ.

Μνήμονες οἱ Κᾶρες πολέων εὐεργεσιάων,
Παλμάτον ἰθυδίκην τόσσον ἀγασσάμενοι.

ἈΓΑΘΊΟΥ,

Εἰς εἰκόνα τινὸς σοφιστοῦ ἐν Περγάμῳ,
δοθεῖσαν ἐπὶ πρεσβείᾳ πολιτικῇ.

Τὰς μὲν ὑπὲρ μύθων τε καὶ εὐτροχάλοιο μελίσσης
Εἰκόνας ἰλήκοις δηρὸν ὀφειλόμενος·
Νῦν δ' ὑπὲρ ἱδρώτων τε καὶ ἀστυόχοιο μερίμνης,
Τῇδέ σε τῇ γραφίδι στήσαμεν, Ἡρακλάμων.
Εἰ δ' ὀλίγον τὸ γέρας, μὴ μέμφεο. τοῖσδε γὰρ ἡμεῖς
Αἰεὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀμειβόμεθα.

ΛΕΟΝΤΊΟΥ, Σχολαστικοῦ,

τοῦ Μινωταύρου εἰς στήλην·

Πέτρον ὁρᾷς χρυσέοισιν ἐν εἵμασιν· αἱ δὲ παρ' αὐτὸν
Ἀρχαὶ, ἀμοιβαίων μάρτυρές εἰσι πόνων.
Ἀντολίης πρώτη, καὶ διχθαδίη μετὰ τήνδε
Κόλχου πορφυρέης, καὶ πάλιν Ἀντολίης.

Et cum deducis ſomni ad penetralia regem,
Auribus in dominis nil niſi mite ſonas.

IV. Theodoreti, Grammatici,
de Imagine Praeſidis Smyrnae.

Ex Philadelphia ſunt haec monumenta Philippo,
Nec magis urbs aequi praeſidis ulla memor.

V. Incerti.

Palmatum juris ſic percoluere tenacem
Cares, & in cives plurima facta bene.

VI. Agathiae,
de Imagine Declamatoris in Pergamo ob legationem pro civitate obitam.

Da veniam pridem doctae pro munere vocis,
Noſtra quod urbs debet tot ſimulacra tibi.
At nunc ob vigiles, queis res ſtat publica, curas
Hanc tibi picturam reddimus, Heraclamon.
Quamvis parva, tamen ne ſpernas munera: nobis
Namque bonos mos eſt ſic coluiſſe viros.

VII. Leontii, Oratoris,
Minotauri dicti ſub Columna.

Petrus in auratis ſtat veſtibus: ad latus adſtant
Partes, quas ejus rexit in urbe labor.
Primum Oriens: geminata dehinc provincia, Colchi:
Et poſt Colchorum nubila rurſum Oriens.

ΙΩΑ'ΝΝΟΥ, ποιητοῦ
ΤΟΥ͂ ΒΑΡΒΟΥΚΑ'ΛΛΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Συνεσίου Σχολαστικοῦ ἐπὶ νίκῃ μάχης ἀνατεθεῖσαν ἐν Βηρυτῷ.

Οὐχὶ παρ' Εὐρώτα μόνον ἀνέρες εἰσὶ μαχηταὶ,
Οὐδὲ παρ' Ἰλισσῷ μνάμονές εἰσι δίκας.
Ὡς ἀπὸ τᾶς Σπάρτας, ὡς αὐτᾶς ἄστὸν Ἀθάνας
Συνέσιον Νίκα καὶ Θέμις ἠγάσατο.

ἈΡΑΒΙ'ΟΥ, Σχολαστικοῦ,

Εἰς εἰκόνα Λογγίνου, ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ.

Νεῖλος, Περσὶς, Ἴβηρ, Σόλυμοι, Δύσις, Ἄρμενις, Ἰνδοὶ,
Καὶ Κόλχοι, σκοπέλων ἐγγύθι Καυκασίων,
Καὶ πεδία ζείοντα πολυσπερέων Ἀγαρηνῶν,
Λογγίνου ταχινῶν μάρτυρές εἰσι πόνων.
Ὡς δὲ ταχὺς βασιλῆϊ διάκτορος ἦεν ὁδεύων,
Καὶ ταχὺς εἰρήνην ὤπασε κευθομένην.

ΚΡΙΝΑΓΟ'ΡΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Κρίσπου.

Γείτονες οὐ τρισσαὶ μοῦνον τύχαι ἔπρεπον εἶναι,
Κρίσπε, βαθυπλούτου σῆς ἕνεκεν κραδίης·
Ἀλλὰ καὶ αἱ πάντων πᾶσαι. τί γὰρ ἀνδρὶ τοσῷδε
Ἀρκέσει εἰς ἑτάρων μυρίον εὐφροσύνην;
Νῦν δέ σε καὶ τούτων κρέσσων ἐπὶ μείζον' ἀέξοι
Καῖσαρ. τίς κείνου χωρὶς ἄρηγε τύχη;

ἈΓΑ-

VIII. Johannis, Poëtae Barbucalli,

de Imagine, Syneſio Oratori, ob victoriam in praelio, Beryti poſita.

Non parit Eurotas fortes ad praelia ſolus:
Nec qui jura colant ſolus Iliſſus habet.
Syneſium pariter Themis & Victoria laudant,
Sic quaſi Cecropiden & Lacedaemonium.

IX. Arabii, Oratoris,

de Imagine Longini, Praefecti urbis Byzantii.

Veſper, Iber, Perſae, Solymi, Pharus, Armenis, Indi,
Et ſub Caucaſiis Colchica terra jugis;
Atque Agarenorum flagrantia ſolibus arva,
Longini quae ſit cura laborque, docent.
Quam cito transcurrens Domini mandata ferebat,
Tam cito pax tenebris extulit alma caput.

X. Crinagorae,

de Imagine Criſpi.

Fortunae comites non tres modo, Criſpe, decebat
Stare tibi, qui tam nobile pectus habes.
Sed quaſcumque tenent alii. ſatis hauriat unde
Illa ad amicorum gaudia larga manus.
Omnibus at major tibi det quae maxima Caeſar,
Fortuna in terris quo ſine nulla manet.

XI.

Ἀ Γ Α Θ Ι' Ο Υ, Σχολαστικοῦ,

Εἰς εἰκόνα ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς Πλακίδου
ὑπὸ τῶν τοῦ νέου σκρινίου.

Θωμᾶν παμβασιλῆος ἀμεμφέα κηδεμονῆα,
'Ανθεσαν οἱ τὸ νέον τάγμα μετερχόμενοι,
Θεσπεσίης ἄγχιστα συνωρίδος, ὄφρα καὶ αὐτῇ
Εἰκόνι χῶρον ἔχῃ γείτονα κοιρανίης.
Αὐτὸς γὰρ ζαθέοιο θρόνους ὕψωσε μελάθρου,
Πλοῦτον ἀεξήσας, ἀλλὰ μετ' εὐσεβίης.
Εὔγνωμον τὸ πόνημα. τί γὰρ γραφὶς οἶδεν ὀπάσσαι,
Εἰ μὴ τοῖς ἀγαθοῖς μνῆστιν ὀφειλομένην;

Εἰς εἰκόνα Θεοδοσίου, ἄρχοντος
ἐν Σμύρνῃ·

Τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Θεοδόσιον, Ἀσίδος ἀρχὸν,
Εἰκόνι μαρμαρέῃ στήσαμεν ἀνθύπατον·
Οὕνεκα Σμύρναν ἔγειρε, καὶ ἤγαγεν ἐς φάος αὖθις,
Ἔργοις θαυμασίοις πολλὸν ἀειδομένην.

Εἰς εἰκόνα Δαμοχάριδος ἐν Σμύρνῃ.

Δαμόχαρι κλυτόμητι, δικασπόλε, σοὶ τόδε κῦδος,
Ὅττιγε τὴν Σμύρναν μετὰ λοίγια πήματα σεισμοῦ,
Ἐσσυμένως ποιέων, αὖθις πόλιν ἐξετέλεσσας.

Ἄ Δ Η Λ Ο Ν.

Πᾶσα φύσις, βασίλεια, τέον κράτος αἰὲν ἀείδει,
Οὕνεκα δυσμενέων στίχας ὤλεσας, οὕνεκα φέγγος
Ἀνδράσι σωφρονέουσι κακὴν μετὰ δῆριν ἀνῆψας,
Ἱππολύτης ἐκέδασσας ὁμόγνια πήματα χάρμης.

Εἰς

XI. Agathiae Scholastici,

de Imagine poſita in aedibus Placidi ſub novo ſcrinio.

Tutorem Domini ſine labe & crimine Thomam
Hic juvenum voluit ponere grata cohors.
Par apud impoſitum terris, ut imagine & ipſa
Poſſideat juxta numina ſumma locum:
Caeſaream namque in ſublimius extulit aulam,
Regalesque piis artibus auxit opes.
Candida mens poſuit. Quid plus manus aemula poſſit,
Quam meritos tali commemorare nota?

XII. *De Imagine Theodoſii Proconſulis, Smyrnae.*

Curatorem Aſiae prudenti pectore notum
Theudoſium poſuit marmore noſtra fides:
Smyrnam reſtituens quod in almi luminis oras
Fecit ut hanc operum nomine fama canat.

XIII. *De Imagine Damocharidis in Smyrna.*

Hic tibi, Damocharis, ſit honos, ſanctiſſime judex,
Quod nimium ſaevo terrae concuſſa tremore
Smyrna tuis iterum nunc facta laboribus urbs eſt.

XIV. Incerti.

Natura, o Regina, tuos canit omnis honores:
Quippe tibi ceſſit vis hoſtica, ceſſit & atrox
Seditio, cujus recreaſti pacis amantes,
Paſſos, Hippolytes tulerant vix qualia bello.

Εἰς εἰκόνα Θεοδώρου, ἄρχοντος.

Ῥητῆρες Θεόδωρον ἐμέλλομεν εἰς ἓν ἰόντες
Χρυσείαις γραφίδεσσιν ἀειμνήστοισι γεραίρειν,
Εἰ μὴ χρυσὸν ἔφευγε καὶ ἐν γραφίδεσσιν ἐόντα.

Εἰς τὴν ἀνατολικὴν πύλην Θεσσαλονίκης.

Ἠνορέης ὀλετῆρα ὑπερφιάλου Βαβυλῶνος,
Καὶ σέλας ἀκτεάνοιο δίκης Βασίλειον ὕπαρχον,
Ξεῖνε, νόῳ σκίρτησον, ἰδὼν ἐφύπερθε πυλάων.
Εὐνομίης ποτὶ χῶρον ἀριστογένεθλον ὁδεύεις.
Βάρβαρον οὐ τρομέεις, οὐχ ἄῤῥενας ἀῤῥενοκοίτας.
Ὅπλα Λάκων· σὺ δὲ τεῖχος ἔχεις Βασίλειον ἄγαλμα.

ἌΔΗΛΟΝ.

Νικήταν δορίτολμον ἄναξ, στρατὸς, ἄστεα, δῆμος,
Στῆσαν ὑπὲρ μεγάλων Μηδοφόνων καμάτων.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τὸν μέγαν ἐν πολέμοισι, τὸν ἄτρομον ἡγεμονῆα
Νικήταν, ἀρετῶν εἵνεκεν οἱ Πράσιοι.

ἌΔΗΛΟΝ.

Πρόκλος ἐγὼ Παύλου, Βυζάντιος, ὃν περὶ δῶμα
Τηλεθάοντα δίκης βασιλήϊος ἥρπασεν αὐλὴ,
Ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐρισθενέος βασιλῆος.
Ἀγγέλλει δ' ὅδε χαλκὸς ὅσον γέρας ἐστὶν ἀέθλων.
Καὶ τὰ μὲν εἴκελα πάντα καὶ υἱέϊ καὶ γενετῆρι,
Ἐν δ' ὑπάτων ῥάβδοισι πάϊς νίκησε τοκῆα.

ἈΠΟΛ-

XV. *De Imagine Theodori Praeſidis.*

Tota volebamus cauſis exercita turba,
Ex auro fictos Theodori ponere vultus,
Ipſe niſi abnueret conſtans & imaginis aurum.

XVI. *De porta orientali Theſſalonicae.*

Portantem clarum domita Babylone triumphum,
Cuſtodemque ſimul Baſilium pauperis aequi,
Gaude quod portis inſtantem conſpicis, hoſpes.
Vadis ad eximium juris ſanctique tribunal,
Non Parthum metuis verſique cubilia ſexus.
Hic tibi pro muris Baſilius, ut arma Laconi.

XVII. Incerti.

Nicetam validum populus, rex, oppida, miles
Ob caeſos Perſas hoc poſuere loco.

XVIII. *De eodem.*

Nicetam Praſini virtutis ponimus ergo,
Spectatum bellis abſque timore ducem.

XIX. Incerti.

Proclus ego Pauli Byzantius, inclyta cujus
Ora foro proprios mox regia traxit in uſus,
Illius ut verbis oracula Caeſaris irent:
Aes erit hoc index, ſint praemia quanta labori.
Caetera par magno genitori filius, uno
Conſulis excepto quo natus vincit honore.

ἈΠΟΛΛΩΝΙ'ΔΟΥ.

Θαύμασε τὸν Κινύρην ὁ πάλαι χρόνος, ἢ Φρύγας ἄμφω.
Σὸν δὲ, Λέων, ἡμεῖς κάλλος ἀεισόμεθα.
Κερκαφίδη περίβωτε. μακαρτάτη ἐς' ἄρα νήσων
Καὶ Ῥόδος, ἣ τοίῳ λάμπεται ἠελίῳ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰ τοιόσδε Λέων λάχεν ἀντίος Ἡρακλῆϊ,
Οὐκ ἦν Ἀλκείδεω τοῦτο τὸ δωδέκατον.

Εἰς τὴν ἀνατολικὴν πύλην Θεσσαλονίκης.

Μορφὰς ὁ γράψας, ἤθελον καὶ τοὺς τρόπους.
Ἀνεστείρασε δέ μου τὴν ὄρεξιν ἡ τέχνη.
Κάλει δέ μ' Ἀλέξανδρον εὔλαλον φίλος.

ΜΗΤΡΟΔΩ'ΡΟΥ.

Αὐτὸν Ἰωάννην ὁ γέρων ὅτ' ἐδέξατο θεσμὸς,
Εἶπεν ἀνηβήσας, αὖθις ἔχω σε, Σόλων.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Β'.

Εἰς ἀγωνιςῶν εἰκόνας.

ΜΑΚΕΔΟΝΙ'ΟΥ, ὙΠΑ'ΤΟΥ.

Τῷ ξοάνῳ τὸν παῖδα Θυώνιχον, οὐχ ἵνα λεύσσῃς
Ὡς καλὸς ἐν τῇδε μνάματος ἀγλαΐᾳ.
Ἀλλ' ἵνα σοὶ τὸν ἄεθλον ὃν ἐξεπόνησε μαθόντι,
Ὦ 'γαθὲ, τᾶς αὐτᾶς ζᾶλος ἔοι μανίας.
Οὗτος ὁ μὴ κλίνας καμάτῳ πόδα, πάντα δ' ἀγῶνι,
Ἄλικα νικήσας, ὁπλότερον, πρότερον.

ΦΙΛΙ'Π-

XX. Apollonidae.

Fama vetus Cinyram celebraverat & Phrygas ambos,
At nobis pulcher tu, Leo, carmen eris.
Inclyte Cercaphide, certaverit inſula nulla
Jam tibi, tam nitido cum, Rhode, ſole micés.

XXI. *De eodem.*

Obvius, Alcide, tibi ſi leo talis iisſet,
Non numeraretur palma duodecima.

XXII. *De porta orientali Theſſalonicae.*

Mores volebam fingere ut vultum dedi,
Sed impedivit cordis ars cupidinem:
Sed o diſertum tu me Alexandrum voca.

XXIII. Metrodori.

Johannem lex cana videns juveneſcere coepit
Clamavitque, mihi redditur unde Solon?

TITULUS II.

De Imaginibus Certatorum.

I. Macedonii, Consulis.

Redditur effigie puer ecce Thyonichus iſta,
Non ideo quam ſit pulcher ut aſpicias.
Sed tibi diſcenti, certamina quanta peregit,
Excitet ut ſimilis corda laboris amor.
Nam numquam feſſo flexus pede vicit hic omnes,
Queis aetas major, par fuit, atque minor.

ΦΙΛΙ´ΠΠΟΥ.

Ἴσως με λεύσσων. ξεῖνε, ταυροςάςορα,
Καὶ ςερρόγυιον, ὡς Ἄτλαντα δεύτερον,
Θαμβεῖς, ἀπιςῶν εἰ βρότειος ἡ φύσις.
Ἀλλ' ἴσθι μ' Ἡρᾶν Λαδικῆα πάμμαχον,
Ὃν Σμύρνα καὶ δρῦς Περγάμου κατέςεφεν,
Δελφοὶ, Κόρινθος, Ἦλις, Ἄργος, Ἄκτιον.
Λοιπῶν δ' ἀέθλων ἣν ἐρευνήσῃς κράτος,
Καὶ τὴν Λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς δρομέα.

Λάδας τὸ ςάδιον εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
Δαιμόνιον τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οἷος ἔης φεύγων τὸν ὑπήνεμον, ἔμπνοε Λάδα,
Θυμὸν, ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα,
Τοῖον ἐχάλκευσε Μύρων ἐπὶ παντὶ χαράξας
Σώματι, Πισσαίου προσδοκίῃ ςεφάνου.
Πλήρης ἐλπίδος ἐςὶν, ἄκροις δ' ἐπὶ χείλεσιν ἆσθμα
Ἐμφαίνει, κοίλων ἔνδοθεν ἐκ λαγόνων.
Πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ ςέφος, οὐδὲ καθέξει
Ἁ βάσις. ὦ τέχνη, πνεύματος ὠκυτέρα.

ἈΛΚΑΙ´ΟΥ.

Οἷον ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τὸ χάλκεον εἰκόνι λῆμα
Κλειτομάχου, τοίαν Ἑλλὰς ἐσεῖδε βίαν.

II. Philippi.

Dum me tumentem ventre taurino vides,
Inſtarque Atlantis ferreo fultum gradu,
Non credis, hoſpes, ſemine humano ſatum:
Sed crede: Laodicenus Heros ille ego,
Quem Smyrna, quercus quem coronat Pergami,
Delphi, Corinthus, Elis, Argos, Actium.
Si deinde palmas ſcire, quae reſtant, cupis,
Numerare arenas Africae deſideras.

III. Incerti,

de Curſore.

Ladas per ſtadium ſaltaverit, an volitarit,
  (Tam cito confecit,) dicere nemo poteſt.

IV. *De eodem.*

Qualis eras, Lada, fugiens veſtigia Thymi
  Alipedis, premeres cum pede flabra tuo,
Nobilis ad Piſae contendens praemia, talem
  Corpore te toto fecit in aere Myron.
Implet eum ſpes quanta vides, & anhelitus ore
  Cernitur ex imis ilibus exoriens.
Proſiliet mox aes ad ſerta, nec ipſa tenebit,
  Credo, baſis; citus eſt ſpiritus, ars citior.

V. Alcaei.

Qualem Clitomachi vim ſpectas, hoſpes, in aere,
  Talem ipſum vidit Graecia tota virum:

La-

Ἄρτι παρ' αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμὰς
 Ἔννεα, καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ.
Τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισσεν ἐπωμίδας, ἀλλὰ παλαίσας,
 Ἀπτὼς τοὺς τρισσοὺς Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους.
Μοῦνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας· ἑπτάπυλοι δὲ
 Θῆβαι, καὶ γενέτωρ ἐστέφεθ' Ἑρμοκράτης.

ΤΡΩΪΛΟΥ, Γραμματικοῦ.

Εἰκὼν, τίς σ' ἀνέθηκε, τίνος χάριν, ἢ τίνι, λέξον.
 Ἀντὶ παλαισμοσύνης θῆκε Λύρωνι πόλις.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ταύτην Εὐσεβίῳ Βυζαντιὰς εἰκόνα Ῥώμη
 Πρὸς δισσαῖς ἑτέραις, εἵνεκεν ἱπποσύνης·
Οὐ γὰρ ὅγ' ἀμφήριστον ἑλὼν ἐστέψατο νίκην,
 Ἀλλὰ πολὺ κρατέων ποσσὶ καὶ ἠνορέῃ·
Τοὔνεκεν ἀντιβίων ἔριν ἔσβεσεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν
 Δήμου τὴν προτέρην παῦσε διχοστασίην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, Γ'.

Εἰς εἰκόνας Βακχῶν.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,

Εἰς Βάκχην, ἐν Βυζαντίῳ.

Ἔκφρονα τὴν Βάκχην οὐχ ἡ φύσις ἀλλ' ἡ τέχνη
 Θήκατο, καὶ μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἴσχετε τὴν Βάκχην, μὴ λαϊνέη περ ἐοῦσα,
 Οὐδὸν ὑπερθεμένη, νηὸν ὑπεκπροφύγῃ·

ἈΓΑ-

Laverat a contra certantis ſanguine ceſtus,
Et dederat duro vulnera pancratio.
Iſthmia ſucceſſit triplicati lucta laboris,
Non tetigit tergo vel ſemel ille ſolum:
Nulli tantus honos Graeco. gaudete coronis
Aonis urbs altrix, & pater Hermocrates.

VI. Troili, *Grammatici.*

Dic mihi quis poſuit, cui te, quapropter, imago?
Hoc luctator habet munus ab urbe Lyron.

VII. Incerti.

Addidit hanc aliis Byzantia Roma duabus,
Ut partum Euſebio conſtet equeſtre decus.
Non ille abſtulerat dubiam ſub lite coronam,
Tam manibus potior, quam properante pede.
Aemula nec tantum ceſſant certamina, ſed plebs
Ipſa etiam, diſcors quae fuit ante, ſilet.

TITULUS III.

De Imaginibus Baccharum.

I. Pauli Silentiarii,
de Baccha in Byzantio.

Baccha quod inſanit, non hoc natura, ſed ars eſt,
Vivit enim lapidi mixtus ab arte furor.

II. *De eadem.*

Heus Baccham retinete viri, ne, ſaxea quamquam eſt,
Concita ſe templi limine proripiat.

ἈΓΑΘΙΌΥ Σχολαστικοῦ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔπω ἐπισταμένην τάχα κύμβαλα χερσὶ τινάξαι,
Βάκχην αἰδομένην στήσατο λαοτύπος.
Οὕτω γὰρ προνένευκεν· ἔοικε δὲ τοῦτο βοώσῃ,
Ἔξιτε, καὶ παταγῶ, μηδενὸς ἱσταμένου.

ΣΙΜΩΝΊΔΟΥ.

Τίς ἅδε; Βάκχα. τίς δέ μιν ξέσε; Σκόπας.
Τίς δ' ἐξέμηνε, Βάκχος, ἢ Σκόπας; Σκόπας.

ΓΛΑΥ͂ΚΟΥ ἈΘΗΝΑΊΟΥ.

Ἁ Βάκχα Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.
Ὦ Σκόπα, σᾶς χειρὸς θεοποιὸς ἐμήσατο τέχνα
Θαῦμα χιμαιροφόνον, Θυάδα μαινομέναν.

ΓΛΑΥ͂ΚΟΥ.

Ἡ Βάκχη, Κρονίδην Σάτυρον θέτο· εἰς δὲ χορείαν
Θρώσκει μαινόμενος, ὡς βρομιαζόμενος.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ, Δ'.

Εἰς εἰκόνας βασιλέων.

ΚΡΙΝΑΓΟ'ΡΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Νέρωνος.

Ἀντολίαι, δύσιες, κόσμου μέτρα, καὶ τὰ Νέρωνος
Ἔργα, δι' ἀμφοτέρων ἵκετο γῆς περάτων.

Ἠλι·

III. Agathiae, Oratoris,

de eadem.

Nondum docta ſatis pulſanda ad cymbala Maenas,
In lapide artifici ſtat pudibunda manu.
Sic oculos dejecta ſuos, ut dicere credas:
Ite hinc: nullus erit cum prope, tunc feriam.

IV. Simonidae.

Quis adſtat iſta? Baccha. quis ſculpſit? Scopas.
Quis entheavit, Bacchus an Scopas? Scopas.

V. Glauci, Atheniensis.

Haec Maenas patria eſt; lapis eſt animatus ab arte;
Exſilit ut toto pectore plena Deo.
O Scopa, divino reperit tua dextera caelo
Prodigium inſanum, Thyada caprinecam.

VI. Glauci.

Baccha Jovem fecit Satyrum: ſalit ille choreas
Inter, & ut Bromio plenus & ipſe furit.

TITULUS IV.

De Imperatorum ac Regum Imaginibus.

I. Crinagorae,

de Imagine Neronis, id eſt, Tiberii Imperatoris.

Extima terrarum tangunt occaſus & ortus
Et mundi menſus, & tua facta, Nero:

Ἥλιος Ἀρμενίην ἀνιὼν ὑπὸ χερσὶ δαμεῖσαν
Κείνου, Γερμανίην δ' εἶδε κατερχόμενος.
Δισσὸν ἀειδέσθω πολέμου κράτος. οἶδεν Ἀράξης,
Καὶ Ῥῆνος, δούλοις ἔθνεσι πινόμενα.

Εἰς στήλην Ἰουστινιανοῦ βασιλέως,
ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ.

Ταῦτά σοι, ὦ βασιλεῦ Μηδοκτόνε, δῶρα κομίζει
Σῆς Ῥώμης γενέτης καὶ παῖς Εὐστάθιος,
Πῶλον ὑπὲρ Νίκης, Νίκην στεφανηφόρον ἄλλην,
Καὶ σὲ μετηνεμίῳ πώλῳ ἐφεζόμενον,
Ὕψος, Ἰουστινιανὲ, τεὸν κράτος· ἐν χθονὶ δ' αἰεὶ
Δεσμὸς ἔχοι Μήδων καὶ Σκυθέων προμάχους.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πῶλον ὁμοῦ καὶ ἄνακτα καὶ ὀλλυμένην Βαβυλῶνα,
Χαλκὸς ἀπὸ σκύλων ἔπλασεν Ἀσσυρίων.
Ἐστὶ δ' Ἰουστινιανὸς, ὃν ἀντολίης ζυγὸν ἕλκων
Στῆσεν Ἰουλιανὸς μάρτυρα Μηδοφόνον.

Εἰς στήλην τοῦ αὐτοῦ,
ἐν τῷ λιμένι.

Τοῦτο παρ' αἰγιαλοῖσιν ἐγὼ Θεόδωρος ὕπαρχος
Στῆσα φαεινὸν ἄγαλμα Ἰουστίνῳ βασιλῆϊ,
Ὄφρα καὶ ἐν λιμένεσσιν ἑὴν πετάσειε γαλήνην.

Εἰς εἴσοδον τῆς Ἱερείας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον,
Ὕδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

ἉΔΗ-

Armenios a te domitos videt aequore ſurgens,
Germanosque videt ſol ſubiturus aquas.
Novit enim Rhenus, quae vis tua, novit Araxes,
Quos populi, miſſi ſub tua jura, bibunt.

II. *De Columna Juſtiniani Imperatoris, quae in Circo.*

Haec tibi ab Euſtathio, domitis rex inclyte Medis,
Dona, tuae Romae patre, ſed & ſobole.
En equus, en portans Victoria laeta coronas,
Tuque ſuper ventos alite vectus equo.
Vis de ſublimi tua, Juſtiniane; jaceto
Cum Scythico Medus milite vinctus humi.

III. *De eodem.*

Rex, equus, & periens Babylon ſpectantur in iſto
Aere, quod ex ſpoliis venerat Aſſyriis.
Juſtinianus hic eſt, domitae qui gentis Eoae
Juliano nunc eſt teſtis & auctor erat.

IV. *De Ejusdem columna in portu.*

Hoc ego magnificum Theodorus praeſes in urbe
Juſtino ſtatui ſimulacrum in littore regi,
Ut portus etiam donet conſtante ſereno.

V. *In aditu Hiereae.*

Juſtinianus opus rex iſtud ſurgere fecit,
Quod decus ut terris, ſic decus eſſet aquis.

ἈΔΗΛΟΝ.

Κοίρανοι ὑμετέρην ἀρετὴν, κάρτος τε καὶ ἔργα
Αὐδήσει χρόνος αἰὲν, ἕως πόλος ἀστέρας ἕλκῃ.

Εἰς στήλην Θεοδοσίου βασιλέως.

Ἔκθορες ἀντολίηθε, φαεσφόρος ἥλιος ἄλλος,
Θευδόσιε, θνητοῖσι πόλου μέσον, ἠπιόθυμε,
Ὠκεανὸν παρὰ ποσσὶν ἔχων μετ' ἀπείρονα γαῖαν,
Πάντοθεν αἰγλήεις, κεκορυθμένος, ἀγλαὸν ἵππον
Ῥηϊδίως μεγάθυμε καὶ ἐσσύμενον κατερύκων.

Καλλιάδης στρατηγὸς Βυζαντίου τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα, κατὰ τὴν καλουμένην Βασιλικὴν, ἀνέθηκεν, ἐπιγράψας οὕτω.

Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν
Εἶν ἐνὶ κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἱμερτὴ Φιδάλεια δάμαρ Βύζαντος ἐτύχθην,
Εἰμὶ δὲ Βουπάλεως δῶρον ἀεθλοσύνης.

Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου.

Τρίς με τυραννήσαντα, τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπηγάγετο,
Τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα, σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

VI. Incerti.

Virtutem, reges, & vim, monumentaque veſtra
Omne canet tempus, volvit dum ſidera coelum.

VII. *De Columna Theodoſii Regis.*

Veniſti roſeo veluti ſol alter ab ortu,
Theudoſie, & medio fulges nunc optimus axe.
Terra parum eſt: jacet Oceanus pede preſſus herili
Armorum, qua luce nites? citus illa feroxque
Quam facile anguſtis ſonipes fraenatur habenis?

VIII. *Calliades Byzantii Praetor celebre Byzantis ſimulacrum apud locum, qui Baſilica vocatur, poſuit cum hac Inſcriptione.*

Byzantem validum ſimul & dulcem Phidaleam
Ponit in hoc uno munere Calliades.

IX. *De eodem.*

Byzantis mulier dulcis Phidalea vocabar,
Difficili lucta praeda petita viro.

X. *De Imagine Piſiſtratri.*

Ter dominum populi dicit de Cecrope, ter me
Exegit, populus, ter revocavit item,
Magnum conſilio Piſiſtraton: ille ego feci
Maeonidae lacerum corpus ut eſſet opus.
Civis enim noſter fuit aureus ille poëta,
Si Smyrnam nos gens Attica condidimus.

XI.

ἈΣΚΛΗΠΙΑ'ΔΟΥ, οἱ δὲ ΠΟΣΕΙΔΙ'ΠΠΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Βερενίκης.

Κύπριδος ἅδ' εἰκών· φέρ' ἰδώμεθα, μὴ Βερενίκας
Διςάζω ποτέραν φῆ τις ὁμοιοτέραν.

ΓΕΜΙ'ΝΟΥ.

Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος, Ἄρεϊ κεῖμαι,
Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,
Ὑβρίζων Μαραθῶνα, καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος
Ἔργα, Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.
Ὄμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες· αὐτὰρ ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς ἔσομαι καὶ φθιμένοισι βαρύς.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ζήνωνα πτολίαρχος Ἰουλιανὸς βασιλῆα.
Ζήνωνος παράκοιτιν Ἰουλιανὸς Ἀριάδνην.

ἌΔΗΛΟΝ.

Οἶκον ἄναξ Ἑλικῶνος ἀνηβήσαντα νοήσας
Κυδαλίμοις καμάτοισιν Ἰουλιανοῦ πολιάρχου,
Πιερικῶν προπάροιθε δόμων παγχρύσεος ἔςη.

ἌΔΗΛΟΝ.

Κῦδος Ἰουλιανοῦ παναοίδιμον, ὃς μετὰ κόσμον
Πιερίδων χρυσέην ςῆσεν Ἀναςασίην.

Εἰς εἰκόνα Ἰουςινιανοῦ βασιλέως.

Ἄλλον ὑπὲρ νίκας ἐναρηφόρον ἔνδοθι Σούσων
Ὁ θρασὺς ἀνςήσει Μῆδος ἄνακτι τύπον.

Ἄλλ-

XI. Asclepiadae, *aut ut alii volunt* Posidippi, *de Imagine Berenices.*

Cypridis hic ſtat imago. vide ne ſit Berenices,
Ambigo, ſint ſimiles iſta vel iſta magis.

XII. Gemini.

Sto ſacer hic Marti lapis ac grave pondus Athenis,
Teſtis quam pollens enſe Philippus erat.
Ex calco Salaminis aquas Marathoniaque arva,
Omnia quae Macetûm robore preſſa jacent.
I nunc, exanimes jura Demoſthenes: at me
Sci pariter vivis exanimisque gravem.

XIII. Incerti.

Zenonem regem Julianus praeſes in urbe.
Julianus Zenone Ariadnen conjuge dignam.

XIV. Incerti.

Rex inſtaurari cernens Heliconis honores
Juliani cura, magnae dum praeſidet urbi,
Ipſe renaſcentes ſtetit aureus ante Camaenas.

XV. Incerti.

Laus tibi, qui Muſis mundum, Juliane, dediſti,
Et decimam ex auro ponis Anaſtaſiam.

XVI. *De Imagine Juſtiniani Imperatoris.*

Mox aliam effigiem regi ſpolia ampla ferentem
Eriget in Suſis Medus Achaemeniis.

Ἄλλον ἀκειρεκόμας Ἀβάρων στρατὸς ἔκτοθεν Ἴστρου,
  Κείρας ἐκ κεφαλῆς βόστρυχον αὐσταλέης.
Τὸν δ' ὑπὲρ εὐνομίας ἐριθηλέος ἐνθάδε τοῦτον
  Ἐξ Ὑπάτου μίτρης στῆσεν ἄνασσα πόλις.
Ἔμπεδος ἄλλα μένοις Βυζαντιὰς ἄμμορε Ῥώμα,
  Θεῖον Ἰουστινιανοῦ κάρτος ἀμειψαμένα.

ἌΔΗΛΟΝ.

Οὗτος ὁ κοσμήσας Ὑπάτων θρόνον, ὃν τρισέπαρχον
Καὶ πατέρα βασιλῆες ἑὸν καλέσαντο μέγιστοι,
Χρύσεος ἕστηκεν Αὐρηλιανὸς, τὸ δὲ ἔργον,
Τῆς βουλῆς, ἧς αὐτὸς ἑκὼν κατέπαυσεν ἀνίας.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς ἄρχοντα.

Μίξον μειλιχίῃ βαιὸν φόβον, ὄττι καὶ αὐτὴ
Βομβήεσσα μέλισσα κορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ·
Οὐ γὰρ ἄτερ μάστιγος ἰθύνεται ἵππος ἀγήνωρ,
Οὐδὲ συῶν ἀγέλη ἐπιπείθεται ἀνδρὶ νομῆϊ,
Πρὶν καὶ ἐριγδούποιο καλαύροπος ἦχον ἀκούσῃ.

ἈΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ.

Ζηνὶ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Ἄρεϊ τέκνον ἀνάκτων
  Εἴκελον, εὐκταίῃ μητέρος εὐτοκίῃ,
Πάντα τοι ἐκ Μοιρέων βασιλήϊα, πάντα τέλεια
  Ἦλθεν, ἐποιήθης δ' ἔργον ἀοιδοπόλων.
Ζεὺς σκῆπτρον βασίλειον, Ἄρης δόρυ, καλλοσύνην δὲ
  Φοῖβος ἔχει· παρὰ σοὶ δ' ἀθρόα πάντα, Κότυ.

Trans Iſtrumque aliam ſparſos per colla capillos
 Tunc primum famulo vertice tonſus Abar.
Hanc dedit interea ſub cultu conſulis illi
 Pro bene ſervatis legibus urbs dominans.
Semper ſalva mane, Roma o Byzantia, reddis
 Quod Juſtiniani pro pietate vicem.

XVII. Incerti.

Gloria faſtorum, ſummus cui traditus enſis,
Quemque ſuum magni reges dixere parentem,
Aurelianus hic eſt: micat aureus ecce, ſenatus
Munere, quem magnis ſolvit moeroribus ultro.

XVIII. Incerti,
de Praeſide.

Eſto quidem mitis: ſed nonnihil adde timoris.
Pleraе mellis apes, ſed & hae ſua ſpicula geſtant,
Et generoſus equus regitur monitore flagello:
Nec pecus immundum diſcit parere ſubulco,
Ante pedi ſtrepitus craſſas quam perculit aures.

XIX. Antipatri.

Edite felici partu de ſemine regum,
 Par Marti, Phoebo par quoque, parque Jovi.
Nil tibi non plenum Parcae auguſtumque dederunt,
 Materia ut cunctis vatibus una fores.
Belligeras a Marte manus, ab Apolline formam,
 A Jove ſceptra tenes, omnia ſumma, Coty.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ, Φιλοσόφου.

Οἱ τρεῖς Τυνδαρίδαι, Κάστωρ, Ἑλένη, Πολυδεύκης.

Εἰς εἰκόνα Σοφίας.

Αὐσονίων δέσποιναν Ἰουλιανὸς πολιοῦχος,
  Ὡς σοφίης μεστὴν ἄνθετο τὴν Σοφίην.

Εἰς Ἰουστινιανοῦ στήλην.

Ἰουστῖνον κατὰ χρέος τὸν δεσπότην,
Ἰουλιανὸς ὕπαρχος ὡς εὐεργέτην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, Ε'.

Εἰς εἰκόνας γυναικῶν.

ΠΑΥΛΟΥ Σιλεντιαρίου,

Εἰς εἰκόνα Θεοδωριάδος.

Ὄμματα μὲν κούρης μόλις ἡ γραφὶς, οὔτε δὲ χαίτην
  Οὔτε σέλας χροιῆς ἄκρον ἀπεπλάσατο.
Εἴτις μαρμαρυγὴν δύναται Φαέθοντίδα γράψαι,
  Μαρμαρυγὴν γράψει καὶ Θεοδωριάδος.

Εἰς τὴν αὐτήν.

Βάσκανος ἡ γραφίς ἐσσι, καὶ εἰσορόωσι μεγαίρεις,
  Χρύσεα κεκρυφάλοις βόστρυχα κρυψαμένη.
Εἰ δ' ὑπάτης κεφαλῆς ὑπάτην χάριν εἰκόνι κεύθεις,
  Οὐδ' ἐπὶ τῷ λοιπῷ κάλλεϊ πίστιν ἔχεις.
Πᾶσα γραφὶς μορφῇσι χαρίζεται. ἀλλὰ σὺ μούνη
  Τῆς Θεοδωριάδος κλέψας ἀπ' ἀγλαΐας.

ΣΥΝΕ-

XX. Synesii, Philosophi.

Pollux atque Helene cum Caſtore Tyndaridae tres.

XXI. *De Imagine Sophiae Auguſtae, in aditu Zeuxippi.*

Ut plenam ſophiae Sophiam, quae Caeſaris uxor,
Julianus cuſtos urbicus hic poſuit.

XXII. *De Juſtiniani Columna.*

Praefectus urbis Julianus ponit hic
Juſtinianum jure herum, meritis parem.

TITULUS V.

De Imaginibus Mulierum.

I. Pauli Silentiarii,
de Imagine Theodoriadis.

Vix coma, vix oculi pingi potuere puellae,
Summus & in tenero qui ſedet ore color.
At radios digne poterit qui pingere ſolis,
Exprimat & radios hic Theodoriadis.

II. *De Eadem.*

Ah nimium tabula es ſpectantibus invida: nam cur
Abdita vittarum tegmine criſpa coma eſt?
Si capitis ſummi ſummos abſcondis honores,
Non es de reliquo corpore digna fide.
Blandiri pictura ſolet. tu detrahis una
Non modicum formae de Theodoriade.

ΣΥΝΕΣΙ'ΟΥ, Φιλοσόφου,

Εἰς εἰκόνα τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς.

Τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος, ἢ Στρατονίκης.

'ΑΓΑΘΙ'ΟΥ, Σχολαστικοῦ.

Μαχλὰς ἐγὼ γενόμην Βυζαντίδος ἔνδοθι Ῥώμης,
'Ωνητὴν φιλίην πᾶσι χαριζομένη·
Εἰμὶ δὲ Καλλιρόη πολυδαίδαλος, ἥν ὑπ' ἔρωτος
Οἰστρηθεὶς Θωμᾶς τῇδ' ἔθετο γραφίδι,
Δεικνὺς ὅσσον ἔχει πόθον ἐν φρεσίν. ἶσα γὰρ αὐτῷ
Κηρῷ τηκομένῳ τήκεται οἱ κραδίη.

'ΑΝΑΚΡΕ'ΟΝΤΟΣ.

Ἡ τὸν θύρσον ἔχουσ', Ἑλικωνιάς· ἡ δὲ παρ' αὐτὴν,
Ξανθίππη· Γλαύκη δ', ἡ σχεδὸν ἐρχομένη.
Ἐξ ὄρεος χωρεῦσι, Διωνύσῳ δὲ φέρουσι,
Κισσὸν, καὶ σταφυλὴν, πίονα καὶ χίμαρον.

"ΑΔΗΛΟΝ.

Θαῦμ' ἀρετᾶς μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει. εὖγε τὸ γαῦρον
Τεῦξε, τὸ θ' ὡραῖον τῆς ἀγανοβλεφάρου.
Σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῦσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα,
Δέσποιναν μελάθρων οἰομένη ποθορῆν.

'ΗΡΙ'ΝΝΗΣ.

Ἐξ ἀπαλᾶν χειρᾶν τάδε γράμματα, λῷστε Προμηθεῦ,
Ἐντὶ, καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.
Ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
Αἴκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

III. Synesii, philosophi, *de imagine ſororis.*

Aurea in effigie datur hac Venus aut Stratonice.

IV. Agathiae, Oratoris.

Nobilis in Roma meretrix Byzantide vixi,
  Et pretio de me gaudia quisque tulit.
Nomen Callirhoë, mens callida; captus amore
  Spectandam Thomas praebet in hac tabula,
Oſtendens quantis coqueretur ab ignibus: ipſe
  Quippe liqueſcebat quam ſua cera magis.

V. Anacreontis.

Thyrſitenens haec eſt Heliconias: ad latus illi
  Xanthippa & Glauce concelebrare choros.
Ut veniunt de monte, caprum tibi, Liber, opimum,
  Uvas, atque hederam, munera grata, ferunt.

VI. Incerti.

Miraclum formae tabula haec habet, oris honeſtas
  Quam gravis, & magnis qui vigor eſt oculis?
Ipſa domus cuſtos caudam motabit, opinor,
  Se dominam credens cernere, laeta canis.

VII. Erinnae.

Mollibus haec manibus tabula eſt formata, Prometheu,
  Ingenio ſimilis vir fuit ille tibi.
Si donare etiam potuiſſet voce puellam
  Tam bene qui pinxit, tota Agatharchis eras.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ϛʹ.

Εἰς ζωγράφους καὶ ἀγαλματουργοὺς, καὶ ἁπλῶς εἰκόνας.

Εἰς εἰκόνα Ἀπελλοῦ.

Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν εἰκόνι γράψεν ἄριστος Ἀπελλῆς.

ΚΩΜΗΤΑ῀ Σχολαστικοῦ, ἐν Ἀναζάρβῳ.

Νωθρὸς ἐγὼ τελέθεσκον ἀπ' ἰξύος ἐς πόδας ἄκρους,
Τῆς πρὶν ἐνεργείης δηρὸν ἀτεμβόμενος,
Ζωῆς καὶ θανάτοιο μεταίχμιον, Ἄϊδι γείτων,
Μοῦνον ἀναπνείων, τ' ἄλλα δὲ πάντα νέκυς·
Ἀλλὰ σοφός με Φίλιππος, ὃν ἐν γραφίδεσσι δοκεύεις,
Ζώγρησε, κρυερὴν νοῦσον ἀκεσσάμενος.
Αὖθις δ' Ἀντωνῖνος, ἅπερ πάρος, ἐν χθονὶ βαίνω,
Καὶ ποσὶ πεζεύω, καὶ ὅλος αἰσθάνομαι.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ, Εἰς τὸ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἄγαλμα.

Ἢ Θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ, εἰκόνα δείξων,
Φειδία, ἢ συγ' ἔβης τὸν Θεὸν ὀψόμενος.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ, Εἰς τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσόν.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

ἈΔΕ'Σ.

TITULUS VI.

De Pictoribus & Statuariis, & quibuscumque Imaginibus.

I. *De Imagine Apellis.*

Optimus in tabula ſemet depinxit Apelles.

II. COMETAE,
Scholaſtici in Anazarbo.

Debilis a lumbis ad partes corporis imas
  Lugebam membris robur abeſſe vetus;
Ad necis & vitae confinia, proximus orco
  Spirabam tantum, caetera mortis eram.
Sed tulit aegroto, tabula quem cernis in illa,
  Phoebea ſapiens arte Philippus opem.
Per terram pedibus nunc Antoninus, ut ante,
  Ambulo, nec ſenſu pars caret ulla mei.

III. PHILIPPI,
de Jovis Olympii Imagine.

Juppiter ad terras, an ad aethera Phidia venit,
  Ut viſo fieret talis imago Deo?

IV. SIMONIDAE,
de Coloſſo Rhodi.

Laches coloſſum Lindius fecit Rhodi,
Qui ſe per ulnas octies tollit decem.

ἈΔΈΣΠΟΤΟΝ.

Αἶαν Τιμομάχου πλέον ἢ πατρὸς ἥρπασε τέχνα
Τὴν φύσιν. ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον,
Καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι· καὶ τὰ κεραστὰ
Δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἔμιξε πόνους.

ἈΙΜΙΛΙΑΝΟΥ.

Τέχνας εἵνεκα σεῖο, καὶ ἁ λίθος ἅδε βρυάζει,
Πραξίτελες· λῦσον, καὶ πάλι κωμάσομαι.
Νῦν δ' ἡμῖν οὐ γῆρας ἔτ' ἀδρανές. ἀλλ' ὁ πεδητὴς
Σειληνοῖς κώμων, βάσκανός ἐστι λίθος.

ΣΙΜΩΝΊΔΟΥ.

Ἰφίων τόδ' ἔγραψε Κορίνθιος· οὐκ ἔνι μῶμος
Χερσὶν, ἐπεὶ δόξας ἔργα πολὺ προφέρει.

ἌΔΗΛΟΝ.

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
Μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

ἈΔΈΣΠΟΤΟΝ.

Ἁ τέχνα τὸν ἔλεγχον ἀπώλεσεν· οὐδὲ γὰρ αὐτὰ
Μανῦσαι δύναται, τῷ, πόρε τὰν κεφαλάν.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μικροῦ κατέσχον τὸν βότρυν τοῖς δακτύλοις,
Ὑπεραπατηθεὶς τῇ θέᾳ τῶν χρωμάτων.

V. Incerti.

Ajax Timomachi magis es quam patris. in arte
  Natura eſt. rabiem viderat ille tuam:
Cumque viro furiata ſimul manus omne doloris
  Ingenium trucibus miſcuit in lachrymis.

VI. Aemiliani.

Praxiteles, lapis ipſe tua laſcivit ab arte,
  Et jam ſaltabo: tu modo ſolve baſi.
Nunc nos Silenos numerorum lege moveri,
  Non ſenium, ſaxi ſed movet invidia.

VII. Simonidae.

Ex Ephyra manus haec Iphionis: omnis ab illa
  Culpa procul: famam nobile vincit opus.

VIII. Incerti.

Iſta Cimon pinxit, minime rudis, omne ſed & qui
  Culpet opus: nec tu, Daedale, liber eras.

IX. Incerti.

Haec pictura, queat quo noſci, perdidit, ipſa
  Nec ſibi ad indicium ſufficit. adde caput.

X. Incerti.

Vix eſt ab uvis his ut abſtineam manum,
Ita me colorum forma deceptum trahit.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Ζ'.

Εἰς ἀγάλματα ζώων.

Εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.

Βοΐδιόν εἰμὶ Μύρωνος, ἐπὶ στήλῃ δ' ἀνάκειμαι·
Βουκόλε, κεντήσας εἰς ἀγέλην μ' ἄπαγε.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε, Μύρων, με τὸ βοΐδιον ἐνταυθοῖ παρὰ βωμοῖς
Ἵδρυσας; οὐκ ἐθέλεις εἰσαγέμεν μέγαρον;

'ΑΝΑΚΡΕ'ΟΝΤΟΣ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Βουκόλε, τὴν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

ΤΟΥ' ΑΥ'ΤΟΥ',

Εἰς τὸ αὐτό.

Βοΐδιον οὐ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ' ὑπὸ γήρως
Χαλκωθὲν, σφετέρῃ ψεύσατο χειρὶ Μύρων.

'ΕΥΗ'ΝΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ τὸ δέρας χάλκειον ὅλῃ βοῒ τᾷδ' ἐπίκειται
Ἔκτοθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

TITULUS VII.

De Animantium Imaginibus.

I. *De Myronis bucula.*

Juſſa ſuper pilam ſum ſtare juvenca Myronis,
Tu me duc ſtimulis paſtor, & adde gregi.

II. *De eadem.*

Cur tibi, quaeſo, Myron has bucula ponor ad aras?
Quin potius tecum me facis ire domum.

III. Anacreontis,
de eadem.

Armentum paſtor remove, ne forte Myronis
Mox vaccam, tamquam viveret, hinc abigas.

IV. Ejusdem,
de eadem.

Bucula non fuſa eſt, ſed in aes induruit annis,
Mentitur dicens ſe fabricaſſe Myron.

V. Eveni,
de eadem.

Aut ſuperinducta eſt iſti cutis aenea vaccae:
Aut aes hoc animam, quae movet, intus habet.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Αὐτὸς ἐρεῖ τάχα τοῦτο Μύρων, οὐκ ἔπλασα ταύταν
Τὰν δάμαλιν, ταύτας δ' εἰκόν' ἀπεπλασάμην.

ΛΕΩΝΙ΄ΔΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὐκ ἔπλασέν με Μύρων, ἐψεύσατο· βοσκομέναν δὲ
Ἐξ ἀγέλας ἐλάσας, δῆσε βάσει λιθίνᾳ.

ἈΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙ΄ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰ μή μου ποτὶ τᾷδε Μύρων πόδας ἥρμοσε πέτρᾳ,
Ἄλλαις ἂν νεμόμαν βουσὶν ὁμοῦ δάμαλις.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχεαι; τίπτε δὲ μυκᾷ;
Ἁ τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὰν δάμαλιν, βουφορβὲ, παρέρχεο, μηδ' ἀπάνευθεν
Συρίσδῃς· μαστῷ πόρτιν ὑπεκδέχεται.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁ μόλιβος κατέχει με καὶ ἁ λίθος· εἵνεκα δ' ἂν σοῦ,
Πλάστα Μύρων, λωτὸν καὶ θρίον ἐδρεπτόμαν.

VI. Ejusdem,

de eadem.

Ipſe Myron dicet puto jam, non hanc ego feci
Vaccam: ſed facta eſt hujus imago mihi.

VII. Leonidae,

de eadem.

Me dicit finxiſſe Myron: Sed fingit: abactam
Armento vinxit marmoris ille baſi.

VIII. Antipatri Sidonii,

de eadem.

Fixiſſet niſi noſtra Myron veſtigia ſaxo,
Irem paſcentes inter & ipſa boves.

IX. Ejusdem,

de eadem.

Quid vitule admugis, quid prenſas ilia? non &
Uberibus potuit lac dare docta manus.

X. *De eadem.*

Paſtor abi: calami nec pellice flatibus illam,
Quae vitulum exſpectat vacca ſub uberibus.

XI. *De eadem.*

Saxum me plumbumque tenent. quod pertinet ad te
Myro graminibus veſcerer & foliis.

XII.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται· ἢν δὲ βραδύνῃ,
Χαλκὸς ὁ μὴ νοέων αἴτιος, οὐχὶ Μύρων.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται. ἦ ῥ' ὁ Προμηθεὺς
Οὐχὶ μόνος. πλάττεις ἔμπνοα καὶ σὺ Μύρων.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Βοῦν ἰδίαν ποτὲ βουσὶ Μύρων μιχθεῖσαν ἐρευνᾷ.
Εὗρε μόλις δ' αὐτὴν, τοὺς βόας ἐξελάσας.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁ βοῦς ἁ τίκτουσ' ἀπὸ γαστέρος ἔπλασε τὴν βοῦν·
Ἁ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκεν.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ χαλκῆ περ ἐοῦσα λάλησεν ἂν ἡ κεραὴ βοῦς,
Εἰ οἱ σπλάγχνα Μύρων ἔνδον ἐτεχνάσατο.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Πηκτόν μοι τὶς ἄροτρον ἐπ' αὐχένι καὶ ζυγὰ θέσθω.
Εἵνεκα γὰρ τέχνης σεῖο, Μύρων, ἀρόσω.

XII. *De eadem.*

Mugiet haec credo jam bucula. ni facit, aeris
Mente carentis erit, non tua culpa, Myron.

XIII. Antipatri,
de eadem.

Mugiet haec jam jam puto bos. non ergo Prometheus
Solus, ſed fingis tu quoque viva, Myron.

XIV. Incerti,
de eadem.

Mixta boves inter ſua bos quaeſita Myroni eſt:
Nec reperit, niſi cum juſſit abire boves.

XV. Incerti,
de eadem.

Ventre bovem fingit, non gignit vacca: Myronis
Vaccam non finxit dextera, ſed genuit.

XVI. Incerti,
de eadem.

Cornigera haec vocem bos ederet, aerea quamvis,
Impleviſſet eam ſi Myro viſceribus.

XVII. Antipatri,
de eadem.

In cervice jugum mihi quis locat, addat aratrum:
Tanta tuae vis eſt artis, arabo, Myron.

ΔΗΜΗΤΡΙ'ΟΥ, ΤΟΥ͂ ΒΙΘΥΝΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἢν μ' ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται· ἢν δέ γε ταῦρος,
Βήσεται· ἢν δὲ νομεὺς, εἰς ἀγέλην ἐλάσει.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὧδε Μύρων μ' ἔστησε τὸ βοΐδιον· οἱ δὲ νομῆες
Βάλλουσί με λίθοις, ὡς ἀπολειπόμενον.

ΜΑ'ΡΚΟΥ 'ΑΡΓΕΝΤΑΡΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Βουκόλον ἢν ἐσίδῃς τὸν ἐμὸν, ξένε, τοῦτ' ἔπος αὐτῷ
Εἰπὸν, ὅθ' ὁ πλάστης ὧδε μ' ἔδησε Μύρων.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὰν βοῦν τάνδ' ὁ Μύρων, ξεῖν', ἔπλασεν, ἣν ὅδε μόσχος
Ὡς ζῶσαν σαίνει μητέρα δερκόμενος.

ΔΙΟΣΚΟΡΙ'ΔΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταῦρε, μάτην ἐπὶ πόρτιν ἐπείγεαι· ἔστι γὰρ ἄπνους·
Ἀλλά σ' ὁ βουπλάστας ἐξαπάτησε Μύρων·

Εἰς τὸ αὐτό.

Σεῖο, Μύρων, δαμάλει παρακάτθανε μόσχος ἀλαθεὶς,
Καὶ γάλα πιστεύων χαλκὸν ἔσωθεν ἔχειν.

Εἰς

XVIII. Demetrii Bithyni,
de eadem.

Mugiet aſpecta vitulus me: taurus inibit:
Et comitem armento me quoque paſtor aget.

XIX. Ejusdem,
de eadem.

Sto quia ſic juſſit Myro: ſed tamen ecce lapillis
Paſtorum, tamquam vacca relicta, petor.

XX. Marci Argentarii,
de eadem.

Paſtori dic quaeſo meo, ſi videris, hospes:
Vincla quod injecit hic mihi plaſta Myro.

XXI. Ejusdem,
de eadem.

Hanc, hospes, vaccam fecit Myro: blandus adhaeret
Cui vitulus, matrem dum putat eſſe ſuam.

XXII. Dioscoridae,
de eadem.

Fruſtra taure bovem cupis hanc inſcendere, qua te
Decepit, vitam non dedit arte Myron.

XXIII. *De eadem.*

Interitum vero vitulo fert vacca Myronis,
Dum premit aes, cui lac ſtultus ineſſe putat.

Εἰς τὸ αὐτό.

Φεῦ, ὁ Μύρων πλάσας οὐκ ἔφθασας· ἀλλά σε χαλκὸς,
Πρὶν ψυχὴν βαλέειν, ἔφθασε πηγνύμενος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαλκείην τύπτεις δάμαλιν· μέγα σ' ἤπαφε τέχνη,
Βουκόλε, τὴν ψυχὴν οὐ προσέθηκε Μύρων.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ,

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πόρτιν τήνδε Μύρωνος ἰδὼν, τάχα τοῦτο βοήσεις,
Ἡ φύσις ἄπνοός ἐστιν, ἢ ἔμπνοος ἔπλετο τέχνη.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Βουκόλε, ποῖ προθέειν με βιάζεαι; ἴσχεο νύσσων.
Οὐ γάρ μοι τέχνη καὶ τόδ' ἔδωκεν ἔχειν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ χαλκὸν ζώωσε Μύρων σοφὸς, ἢ τάχα πόρτιν
Χάλκωσε, ζωὰν ἐξ ἀγέλας ἐρύσας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Πλάστα Μύρων, σέο πόρτιν ὁδοιπόρος ἦλθεν ἐλάσσων·
Χαλκοῦ δὲ ψαύσας, φὼρ κενὸς ἐξεφάνη.

XXIV. *De eadem.*

Ah nimium Myro tardus eras. aes conſtitit ante,
Infudit vitam quam tua dextra bovi.

XXV. *De eadem*

Bucula quam ſtimulas eſt, paſtor, ahenea: ſenſum
Non habet: impoſuit ſic tibi nempe Myron.

XXVI. Juliani,
ex genere Praefectorum Auguſtalium.
de eadem.

Aſpiciens vaccam, clamabis, credo, Myronis:
Aut eſt exanimis natura, aut ars animata.

XXVII. Ejusdem,
de eadem.

Paſtor quid cogis me currere? pungere ceſſa:
Non etiam nobis illud ab arte datum eſt.

XXVIII. Ejusdem,
de eadem.

Fudit in aere Myron vitam vel vertit in aes, quam
E ſtabulis vivam duxerat ipſe bovem.

XXIX. Ejusdem,
de eadem.

Vaccam, quam finxti Myro plaſta, viator agebat:
Furti ſe falſum ſenſit, ut aes reperit.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰσορόων με λέων χαίνει στόμα· χερσὶ δ' ἀείρει
Γειοπόνος ζεύγλην, ἀγρονόμος κορύνην.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τλῆθι, Μύρων, τέχνη σε βιάζεται· ἄπνοον ἔργον.
Ἐκ φύσεως τέχνη· οὐ γὰρ φύσιν εὕρετο τέχνη.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐν βοῒ τᾷδ' ἐμάχοντο φύσις καὶ πότνια τέχνα.
Ἀμφοτέραις δὲ Μύρων ἴσον ὤπασσε γέρας.
Δερκομέναις μὲν γὰρ, φύσιος κράτος ἥρπασε τέχνα·
Αὐτὰρ ἐφαπτομένοις, ἡ φύσις ἐστὶ φύσις.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἤπαφε καὶ σὲ μύωπα Μύρων, ὅτι κέντρον ἐρείδεις
Πλευραῖς χαλκοτύποις ἀντιτύποιο βοός·
Οὐ νέμεσις δὲ μύωπι· τί γὰρ τόσον, εἴγε καὶ αὐτοὺς
Ὀφθαλμοὺς νομέων ἠπερόπευσε Μύρων.

ΓΕΜΙ'ΝΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ βάσις, ἡ κατέχουσα τὸ βοΐδιον, ἢ πεπέδηται
Ἢν ἀφεθῇ ταύτης, φεύξεται εἰς ἀγέλην.

Μυ·

XXX. Ejusdem,
de eadem.

Me cum ſpectat, hiat torva leo fauce, pedumque
Paſtores tollunt agricolaeque jugum.

XXXI. Ejusdem,
de eadem.

Quod non ſpirat opus, perfer Myro. nam jubet ars hoc.
Non ars naturam genuit, natura ſed artem.

XXXII. Ejusdem,
de eadem.

Naturae bos iſta fuit certamen & artis:
Ambas aequali donat honore Myron.
Tangenti natura manet natura: videnti
Omne hoc, naturae quod fuit, ars rapuit.

XXXIII. Ejusdem,
de eadem.

Te quoque decepit, video, Myro fictor, ahenum
Quod latus haud verae pungis, aſile, bovis.
Nec de te miror, quando tua ſaepe Myronis
Paſtorum vigiles decipit ars oculos.

XXXIV. Gemini,
de eadem.

Ibit ad armentum pariterque ad paſcua curret
Bucula: qua vincta eſt, tu modo tolle baſim.

Jam

Μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκός· ἴδ' ὡς ἔμπνουν ὁ τεχνίτης
Θήκατο· κἂν ζεύξῃς ἄλλον, ἴσως ἀρόσει.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χάλκεος ἦς, ἐπὶ σοὶ δὲ γεωτόμος εἷλκεν ἄροτρον,
Καὶ ζυγόδεσμα φέρων ψευδομένᾳ δαμάλει·
Ἀλλὰ Μύρων τέχνᾳ πανυπείροχος, ὅς σε δι' ἔργων
Ἔμπνοον, ὥς τινα βοῦν ἐργάτιν, εἰργάσατο.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ, ΜΑΚΕΔΟ'ΝΟΣ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄπαιρέ μου τένοντος, ὦ γεωπόνε,
Λέπαδνα, καὶ σίδαρον αὐλακεργάτην.
Χαλκὸν γὰρ ἀμῶν οὐκ ἐσάρκωσε Μύρων,
Τέχνᾳ δ' ἐξεπόνησεν ὄψιν ἔμπνοον,
Ὡς πολλάκις με κἀπομυκᾶσθαι θέλειν·
Εἰς ἔργα δ' οὐκ εἴασε, προσδήσας βάσει.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Εἰς ἵππον.

Ἴδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ
Κορωνιῶν ἕστηκε. δριμὺ γὰρ βλέπων
Ὑψαυχενίζει, καὶ διηνεμωμένας
Κορυφῆς ἐθείρας οὐρίωκεν ἐς δρόμον.
Δοκέω, χαλινοὺς εἴτις ἡνιοστρόφος
Ἐναρμόσει γένυσι, κἀπικεντρήσει,
Ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδας
Τάχ' ἐκδραμεῖται· τῇ τέχνῃ γὰρ ἐμπνέει.

Εἰς

Jam mugit: vide ut aes divina ſpirat ab arte:
Credo, parem ſi quis jungat, arare poteſt.

XXXV. Ejusdem,

de eadem.

Aenea cum ſtares, curvo te advinxit aratro
Ruſticus & juſſit, vacca, ſubire jugum:
Magnus in arte Myron, aes qui ſpirare coëgit,
Et patiens operis fecit ut eſſet opus.

XXXVI. Philippi Macedonis,

de eadem.

Colone, lora deme de collo mihi,
Sulcosque terris imprimentem vomerem.
Ex aere carnem quippe non fecit Myron,
Sed ora fecit usque eò ſpirantia,
Ut saepe ſim conata mugitum dare,
Verum a labore prohibet adſtrictam baſi.

XXXVII. Ejusdem,

de Equo.

Vides ut altum cornipes ſuperbiat
Docta dolatus arte: ſic collum erigit,
Sic acre cernit, deque toto vertice
Vento fluentes fundit in curſum jubas:
Si quis lupata, credo, maxillis eques
Imponat, armos & premat calcaribus,
Tuus repente, ſpem ſupra mortalium,
Lyſippe, curret, quippe jam ſpirat, labor.

Εἰς τὸν Καλυδώνιον κάπρον.

Χάλκεος· ἀλλ' ἄθρησον ὅσον θράσος ἤνυσε κάπρου
  Ὁ πλάστας, ἔμπνουν θῆρα τυπωσάμενος,
Χαίτας αὐχενίους πεφρικότα, θηκτὸν ὀδόντα
  Βρύχοντα, γλήναις φρικτὸν ἱέντα σέλας,
Ἀφρῷ χείλεα πάντα δεδευμένα. οὐκ ἔτι θάμβος
  Εἰ λογάδα στρατιὴν ὤλεσεν ἡμιθέων.

ἌΔΗΛΟΝ.

Τοὐμπρασιῇ Φύλακος μακρὰν ἀποτῆλε φυλάξαι.
  Τοῖος ἐὼν ὃν ὁρᾷς, ὦ παρ' ἐμ' ἐρχόμενε,
Σύκινος, οὐ ῥίνῃ πεποιημένος, οὐδ' ἀπὸ μίλτου,
  Ἀλλ' ἀπὸ ποιμενικῆς αὐτομαθοῦς ξοΐδος.
Ἄγριος γέλασον· μετὰ δ' Εὐκλείους πεφύλαξο
  Σίνεσθαι, μὴ καὶ Σαρδόνιον γελάσῃς.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, Η'.

Εἰς εἰκόνας ἀρχαίων καὶ ἡρώων τινῶν.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂,

Εἰς Προμηθέα,

Τέχνης πυρσὸν ὄπασσα φερέσβιον, ἐκ δ' ἄρα τέχνης
  Καὶ πυρὸς, ἀλλήκτου πήματος ὄψιν ἔχω.
Ἦ μερόπων ἀχάριστον ἀεὶ γένος, εἴγε Προμηθεὺς
  Ἀντ' εὐεργεσίης ταῦθ' ὑπὸ χαλκοτύπων.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Χαλκὸν μὲν καλέουσιν ἀτειρέα βίβλοι Ὁμήρου,
  Ἀλλά μιν ὁ πλάστης δεῖξεν ἐλεγχομένην.

Αὐτὸ

XXXVIII. *De Apro Calydonio.*

Aeneus eſt, noris; ſed quae truculentia, cerne,
  Adſit apro, quantum ſpiret ab arte fera:
Sic horrent per colla pili: ſic fulmineus dens
  Infremit, inque oculis flamma tremenda micat.
Labra fluunt ſpumae rivis: nil denique miror
  Heroum a tali ſi ſue caeſa manus.

XXXIX. Incerti.

Hic ego ſum poſitus ſervare ſed eminus hortum.
  Nunc talis, qualem, qui prope es, ipſe vides,
Ficus eram: nec lima deum, nec fecit amuſſis,
  Sed paſtorali ducta dolabra manu:
Quantumcumque cupis, ride: ſed ab Eucleïs horto
  Nil cape, ne riſus ſit tibi Sardonius.

TITULUS VIII.

De Imaginibus veterum, & quorundam Heroum.

I. Juliani, *de Prometheo.*

Artibus auxilium per me data flamma; ſed arte
  Spector ego & flammis, heu ſine fine miſer.
O hominum ingratum ſemper genus! hancne Prometheus
  A fabris poſt tot fert bene facta vicem?

II. Ejusdem, *de eodem.*

Aes vocat indomitum facundi carmen Homeri,
  Quem falſi plaſtes arguit hoc opere.

Δεῦρ' ἴδε γὰρ στενάχοντα Προμηθέα, δεῦρ' ἴδε χαλκοῦ
Τειρομένου σπλάγχνων 'εκ μυχάτων ὀδύνας.
Ἥρακλες νεμέσησον, ἐπεὶ μετὰ σεῖο φαρέτρην
Ἰαπετιονίδης ἄλγος ἄπαυστον ἔχει.

ΓΑΛΛΟΥ,

Εἰς Τάνταλον.

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
Πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,
Νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται· ἡ. φθονερὴ δὲ
Κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη.
Πῖνε, λέγει τὸ τόρευμα, καὶ ὄργανα μάνθανε σιγῆς.
Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

Εἰς ἄγαλμα Ἡρακλέους νηπίου ὄντος ἔτι, καὶ ταῖς χερσὶ θλίβοντος δράκοντας δύο.

Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας ὄβριμε χεῖρας
Ἥρακλες, δακέτων ἀγχιβαθεῖς φάρυγας.
Ἐξέτι νηπιάχοιο χόλον ζηλήμονος Ἥρης
Ἀμπαῦσον, μοχθεῖν γνῶθι καὶ ἐκ βρέφεος.
Οὐ γάρ σοι κρητὴρ χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες,
Ἀλλ' ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζηνὸς, ἔπαθλον ἔφυ.

Εἰς τοὺς δώδεκα ἄθλους τοῦ Ἡρακλέους.

Δέρκεο μυριόμοχθε τεοὺς, Ἥρακλες, ἀγῶνας,
Οὓς τλὰς, ἀθανάτων ἄκρον ὄλυμπον ἔβης.
Γηρυόνην, κλυτὰ μῆλα, μέγαν πόνον Αὐγείαο,
Πώλους, Ἱππολύτην, πουλυκάρηνον ὄφιν,

Cerne Prometheos gemitus, tormentaque tracti
Aeris, & ex imo viſcere triste malum.
Alcide ſuccurre, tuae poſt tela pharetrae
Iapetionidae ſtat ſine fine dolor.

III. Galli, *de Tantalo.*

Hic ille eſt, quem fama canit, conviva deorum,
Nectare qui plenus viſcera ſaepe fuit:
Nunc bibere humanos potus velit: invidus aufert
Se liquor, & ſubter arida labra fugit.
Dicit opus calicis: pota; ſed disce ſilere:
Cogimur haec, quibus eſt garrula lingua, pati.

IV. *De effigie Herculis infantis duos prementis angues.*

Stringe feris longis fauces, animoſe, profundas
Alcide: valida comprime monſtra manu.
Jam nunc intrepidis aſſueſce laboribus infans
Junonisque odiis disce ſatisfacere.
Non crater te namque vocat, nec ab aere lebetes
Dona, ſed ad ſuperi limina regis iter.

V. *De duodecim laboribus Herculis.*

Alcide, mirare tuos invicte labores,
Unde tibi ad coeli templa reperta via eſt:
Augiae laetamen, Amazona, fulgida mala,
Geryonen, Hydrae fertile corpus, equos.

Κάπρον, θωϋκτῆρα χάους κύνα, θῆρα Νεμείης,
Οἰωνοὺς, ταῦρον, Μαιναλίην ἔλαφον.
Νῦν δὲ κατ' ἄκρα πόληος ἀπορθήτοιο βεβηκὼς
Περγαμίης, μεγάλους ῥύεο Τηλεφίδας.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Πρῶτα μὲν, ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα·
Δεύτερον, ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδρην·
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον·
Χρυσόκερων δ' ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε, τέταρτον·
Πέμπτον δ', ὄρνιθας Στυμφηλίδας ἐξεδίωξεν·
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν·
Ἕβδομον, Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν·
Ὄγδοον, ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον·
Εἴνατον, ἐκ Θρήκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους·
Γηρυόνου, δέκατον, βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐρυθείης·
Κέρβερον, ἑνδέκατον, κύν' ἀνήγαγεν ἐξ Ἀΐδαο·
Δωδέκατον δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα·
Τὸ τρισκαιδέκατον, τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον,
Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὤλεσα τὸν Νεμέας θῆρ' ἄπλετον, ὤλεσα δ' ὕδρην,
Καὶ ταῦρον, κάπρου δ' ἀμφετίναξα γένυν.
Ζωστῆρ' ἑλκύσσας, πώλους Διομήδεος εἷλον·
Χρύσεα μῆλα κλάσας, Γηρυόνην ἔλαβον.

Et Nemees in valle feram, cervumque, bovemque,
  Cerberon, & volucres, fulmineumque ſuem.
At tu Pergameae nunc urbis in arce locatus
  Nobile Telephidum, ſancte, tuere genus.

VI. Incerti,

de eodem.

Compreſſit virtus Nemeaeum prima leonem,
Altera tot capitum foecundam contudit hydram:
Tertia de ſilvis Erymanthi ſuſtulit aprum:
Aurea quarta tulit captivi cornua cervi:
Stymphalidas rapuit de coelo quinta volucres:
Sexta ſecurigeram diſcinxit Amazona baltheo:
Augiae ſtabulis detraxit ſeptima ſordes:
De bove flammivomo Cretes octava triumphat:
In Diomedeis exſultat nona quadrigis:
Geryonae armentum decima abſtulit ex Erythea:
Undecimae pretium canis a Styge ſidera vidit:
Duodecima Heſperidum Graecis dedit aurea mala:
Tertius a decimo gravior labor omnibus illis,
Nocte una potuit decies quod quinque puellas.

VII. Philippi,

ejusdem argumenti.

Vi compreſſa mea Nemees fera, concidit Hydra,
  Et taurus, fracta eſt mala furentis apri:
Baltheus eſt ereptus, equi Diomedis abacti,
  Stravi Geryonem, pomaque fulva tuli.

Αὐγείαν ἐδάην· χειμὰς οὐ φύγεν ἔκτανον ὄρνις·
Κέρβερον ἠγαγόμην· αὐτὸς Ὄλυμπον ἔχω.

ἈΡΧΊΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτὸν, Φονεύσαντα
τὸν ἐν Νεμέᾳ λέοντα.

Μηκέτι ταυροβόροιο βαρὺ βρύχημα λέοντος
Πτήσσετε, ληϊνόμοι γειαρόται Νεμέης.
Ἡ γὰρ ὑφ' Ἡρακλῆος ἀριστάθλοιο δέδουπεν,
Αὐχένα θηροφόνοις ἀγχόμενος παλάμαις.
Ποίμνας ἐξελάσασθε· πάλιν μυκηθμὸν ἀκούοι
Ἠχὼ, ἐρημαίης ἐνναέτειρα νάπης.
Καὶ σὺ λεοντόχλαινε πάλιν θωρήσσεο ῥινῷ,
Ἥρης πρηΰνων μισονόθοιο χόλον.

ΔΑΜΑΓΗ'ΤΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐκ Νεμέης ὁ λέων, ἀτὰρ ὁ ξένος, Ἀργόθεν αἷμα·
Πολλὸν ὁ μὲν θηρῶν μεῖζον, ὁ δ' ἡμιθέων.
Ἔρχονται δ' ἐς ἀγῶνα, καταντίον ὄμμα βαλόντες
Λοξὸν, ὑπὲρ ζωᾶς καὶ βιοτᾶς σφετέρας.
Ζεῦ πάτερ, ἀλλ' εἴη τὸν ἀπ' Ἄργεος ἀνέρα νικᾶν,
Ἐμβατὸς ὡς ἄν τοι καὶ Νεμέα τελέθοι.

Εἰς τὸν αὐτὸν, καὶ τὴν ἔλαφον.

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα φρεσὶν, τί δὲ λοίσθιον ὄσσοις
Θαυμάσσω τέχνης ἀνέρος, ἠδ' ἐλάφου;
Ὧν ὁ μὲν ἰξύϊ θηρὸς ἐπεμβεβαὼς, γόνυ βρίθει,
Εὐπτέρθων παλάμαις δραξάμενος κεράων·

Ἡ

Notus & Augias: captus mihi cervus avesque:
Cerberus adductus. nunc domus aſtra mihi.

VIII. Archiae,
de eodem, cum Leonem Nemees occideret.

Rugitum rabidi ne jam trepidate leonis,
Vos Nemees colitis qui ſata, quique pecus:
Herculis acceſſit palmis, faucesque cruentas
Eliſit, felix monſtra domare, manus.
Rurſum agitate boves: mugitus audiat Echo,
Saltibus in ſolis vivere ſemper amans.
Tuque heros aliam pellem veſtire leonis:
Miteſcat meritis ipſa noverca tuis.

IX. Damageti,
ejusdem argumenti.

Advenit e Nemees leo ſaltibus, hospes ab Argis:
Hic eſt ſemideis plus quid, & ille feris:
Frontibus adverſis inter ſe obliqua tuentur:
Certandi pretium non leve, vivat uter.
Jupiter Argivum da vincere, pervia poſthac
Fiat ut humanis greſſibus & Nemea.

X. *De eodem & Cerva.*

Miretur primum quid mens ſibi, quidve ſupremum,
Sive vident cervam lumina ſive virum?
Namque hic longa ferae premit ilia poplite nixus,
Et capitis ramos prendit utraque manu.

Ἡ δ' ὑπὸ χάσματι πολλὰ καὶ ἄσθματι φυσιόωσα,
Γλώσσῃ σημαίνει θλιβομένην κραδίην.
Ἥρακλες γήθησον· ὅλη κεμὰς ἤδε τέθηλεν
Οὐ κέρασιν μούνοις, ἀλλὰ τέχνῃ χρυσέῃ.

Εἰς τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν Ἀνταῖον.

Χαλκὸν ἀποιμώζοντα τίς ἔπλασε; τίς δ' ὑπὸ τέχνας
Καὶ πόνον ἐκ μορφᾶς καὶ θράσος εἰργάσατο;
Ἔμψυχον τὸ πλάσμα· καὶ οἰκτείρω μογέοντα,
Καὶ φρίττω κρατερὸν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα.
Ἀνταῖον γὰρ ἔχει πεπονημένον ἐκ παλαμάων·
Ἰδνωθεὶς δὲ δοκεῖ καὶ στοναχὰν ἱέναι.

Εἰς τὸν αὐτὸν μεθύοντα.

Οὗτος ὁ νῦν ὕπνῳ βεβαρημένος ἠδὲ κυπέλλῳ,
Κενταύρους νήφων οἰνοβαρεῖς ὄλεσεν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὗτος ὁ παιδαμάτωρ, ὁ παρ' ἀνδράσι δωδεκάεθλος
Μελπόμενος, κρατερῆς εἵνεκεν ἠνορέης,
Οἰνοβαρὴς μετὰ δαῖτα μεθυσφαλὲς ἴχνος ἑλίσσει,
Νικηθεὶς ἁπαλῷ Λυσιμελεῖ Βρομίῳ.

Εἰς ἕτερον ἀγῶνα τοῦ αὐτοῦ.

Χαίτην καὶ ῥόπαλον καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἀταρβῆ
Θυμὸν ὁρῶν, βλοσυρόν τ' ἀνδρὸς ἐπισκύνιον,
Ζήτει δέρμα λέοντος ἐπ' εἰκόνι· κἢν μὲν ἐφεύρῃς,
Ἡρακλέης· εἰ δ' αὖ, Λυσιμάχοιο πίναξ.

Εἰς

Illi de patulo gravis exit anhelitus ore,
  Quoque flagrent aeſtu pectora, lingua docet.
Alcide domitor gaude: namque omnis ab arte
  Aurea, non ſolis cornibus, iſta fera eſt.

XI. *De eodem & Antaeo.*

Quis fletus ex aere dedit? quis ductibus artis
  Membrorum expreſſit robora vimque animi?
Vivit opus. miſeror vanos hac parte labores:
  Herculis & ſaevas horreo corde manus.
Antaeum validis jam comprimit ecce lacertis;
  Ille miſer, flexo corpore, credo, gemet.

XII. *De eodem ebrio.*

En ſomno vinoque jacet, qui ſobrius olim
  Ebria Centaurûm corpora fudit humi.

XIII. *De eodem argumento.*

Maximus ille hominum domitor, domitorque ferarum,
  Quem de biſſeno fama labore canit,
Lapſabunda trahit potus veſtigia, mollis
  Evius ut frangat robora tanta, vides.

XIV. *De alio certamine ejusdem.*

Cum clavam videas hic horrentesque capillos,
  Intrepidosque oculos, truxque ſupercilium.
Quaere leonis ad haec pellem: ſi inveneris, eſt haec
  Herculis: at ſi non, Lyſimachi effigies.

Εἰς ἕτερον ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ.

Οἷῳ Θειοδάμας πρὶν ὑπήντεε Ἡρακλῆϊ,
Τοῖον ὁ τεχνίτης τὸν Διὸς εἰργάσατο.
Βοῦν ἀρότην ἕλκοντα, καὶ ἀντανύοντα κορύνην·
Ἀλλ' οὐ τὴν ὀλοὴν γράψε βοοσφαγίην.
Ναὶ τάχα Θειοδάμαντι γοήμονα χείλεσι φωνὴν
Ἥρμοσεν, ἧς αἰὼν φείδεται Ἡρακλέης.

Εἰς εἰκόνα ἑτέραν τοῦ αὐτοῦ.

Οἷον καὶ Κρονίδης ἔσπειρέ σε τῇ τρισελήνῳ
Νυκτὶ, καὶ Εὐρυσθεὺς εἶδεν ἀεθλοφόρον,
Κὴκ πυρὸς εἰς οὔλυμπον ἐκώμασας, ὦ βαρύμοχθε
Ἀλκείδη, τοίην εἰκόνα σου βλέπομεν.
Ἀλκμήνης δ' ὠδῖνας ἔχει λίθος. αἱ δὲ μεγαυχεῖς
Θῆβαι νῦν μύθων εἰσὶν ἀπιστότεραι.

ΓΕΜΙ'ΝΟΥ.

Εἰς ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ.

Ἥρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥ τε Νέμειος
Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη;
Ποῦ σοβαρὸν μίμημα; τίς ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ;
Λύσιππος· χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην.
Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἐπέρσεν;
Ὁ πτερόεις, ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος, Ἔρως.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἥρη τοῦτ' ἄρα λοιπὸν ἐβούλετο πᾶσιν ἐπ' ἄθλοις,
Ὅπλων γυμνὸν ἰδεῖν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα.

Ποῦ

XV. *De alia ejusdem ſtatua.*

Qualiter Alcides occurrit Thiodamanti,
Expreſſit natum ſic Jove docta manus.
Ruricolam trahit ecce bovem, clavaque minatur:
Sed non hic caedes eſt quoque picta bovis.
Ars gemitum poſuit, puto, Thiodamantis in ore,
Qui movet Alciden atque inhibere facit.

XVI. *De alia ejusdem imagine.*

Qualis tergemina nocte es ſatus ab Jove, qualem
Euryſtheus reducem vidit & infremuit;
Qualis ad aetherias ſaltaſti ex ignibus arces,
Alcide, nobis talis ab arte daris.
Alcmenes partus ſunt hoc in marmore. Thebae
Quod jactant, mera nunc fabula caſſa fide.

XVII. Germini,
de ejusdem imagine.

Alcide, quo clava tibi, teliſque pharetra
Dives, & e Nemea raptus amictus abit?
Faſtus ubi? quis te tam triſti fronte figurat?
Lyſippus. paret multus in aere dolor.
Arma tibi moeres detracta. quis abſtulit illa?
Unum certamen, ſed grave, praepes Amor.

XVIII. Philippi,
de eodem.

Cernere prae cunctis certamen maluit unum
Alciden armis Juno carere ſuis.

Illa

Ποῦ χλαίνωμα λέοντος, ὅ, τ' εὐραίζητος ἐπ' ὤμοις
    Ἰὸς, καὶ βαρύπους ὄζος ὁ θηρολέτης;
Πάντα σ' Ἔρως ἀπέδυσε· καὶ οὐ ξένον, εἰ Δία κύκνον
    Ποιήσας, ὅπλων νοσφίσαθ' Ἡρακλέα.

Εἰς ἀνδριάντα Θησέως, καὶ τοῦ Μαραθωνίου ταύρου.

Θαῦμα τέχνης ταύρου τε καὶ ἀνέρος· ὧν ὁ μὲν ἀλκὰν
    Θῆρα βίῃ βρίθει, γυῖα τιταινόμενος·
Ἶνας δ' αὐχενίους γνάμπτων, παλάμῃσιν ἔμαρψε,
    Λαιῇ μυκτῆρας, δεξιτερῇ δὲ κέρας.
Ἀστραγάλους δ' ἐλέλιξε, καὶ αὐχένα θὴρ ὑπὸ χερσὶν
    Δαμνάμενος κρατεραῖς ὤκλασεν εἰς ὀπίσω.
Ἔστι δ' οἴσασθαι τέχνης ὕπο, τῷδ' ἐνὶ χαλκῷ
    Θῆρα μὲν ἐμπνείειν, ἄνδρα δ' ἱδρῶτι ῥέειν.

Εἰς ἀνδριάντα Καπανέως.

Εἰ τοῖος Θήβης Καπανεὺς ἐπεβήσατο πύργοις,
    Ἅμμασιν ἠερίην κλίμακα μαρνάμενος,
Εἷλεν ἂν ἄστυ βίῃ, καὶ ὑπὲρ μόρον· αἴδετο γάρ ῥα
    Καὶ σκηπτὸς Κρονίδου τοῖον ἑλεῖν πρόμαχον.

ΓΕΜΙ'ΝΟΥ,

Εἰς ἄγαλμα Σαλμωνέως.

Χείρ με Πολυγνώτου Θασίου κάμεν· εἰμὶ δ' ἐκεῖνος
    Σαλμωνεὺς, βρονταῖς ὃς Διὸς ἀντεμάνην·
Ὅς με καὶ εἰν Ἀΐδῃ πορθεῖ πάλι, καὶ με κεραυνοῖς
    Βάλλει, μισῶν μου κοὐ λαλέοντα τύπον.
Ἴσχε, Ζεῦ, πρηστῆρα, μέθες χόλον· εἰμὶ γὰρ ἄπνους
    Ὁ σκοπός. ἀψύχοις εἰκόσι μὴ πολέμει.

Illa ſonans humeris pharetra, exuviaeque leonis,
  Clavaque monſtrorum ſanguine turpis, ubi?
Deſpoliavit Amor: qui de Jove fecit olorem,
  Quid mirum, nato ſi rapit arma Jovis.

XIX. *De imagine Theſei & tauri Marathonii.*

Artis opus mirae vir, & ingens corpore taurus,
  Ille premit, tendens fortia membra, bovem.
Cervicisque fibras urget dum poplite, nares
  Laeva tenet, cornu flexile dextra manus.
Jam domitus collo luxatis verticulis bos
  Deficit & labens in ſua crura ſedet.
Quis ſpectans ſpirare feram non dicat in aere,
  Sudantemque ſuo rore madere virum?

XX. *De Capanei ſtatua.*

Si furor in Thebas tantus Capanea tuliſſet,
  Cum de reſte gradus necteret aërios,
Capta forent fatis invitis moenia, tantum
  Nec foret auſa ducem tangere flamma Jovis.

XXI. GEMINI,
de Salmonei ſtatua.

Ecce Polygnoti Thaſii manus: auſus ego ille
  Salmoneus contra falſa tonare Jovem;
Qui me vexat apud Manes & fulmina mutam
  Vibrat in hanc (odium quo ruit?) effigiem.
Parce tonans flammis, iram preme; nam ſine vita
  Sum ſcopulus: bellum ne fac imaginibus.

XXII.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ,

Εἰς Ἴκαρον χαλκοῦν ἐν λουτρῷ ἱςάμενον.

Ἴκαρε, κηρὸς μέν σε διώλεσε, νῦν δέ σε κηρῷ
Ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος·
Ἀλλ' ἄγε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα, μὴ τὸ λοετρὸν,
Ἠερόθεν πίπτων, Ἰκάριον τελέσῃς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἴκαρε, χαλκὸς ἐὼν μιμνήσκεο, μηδέ σε τέχνη,
Μηδ' ἀπάφῃ πτερύγων ζεῦγος ἐπωμάδιον.
Εἰ γὰρ ζωὸς ἐὼν πέσες ἐν πελάγεσσι θαλάσσης,
Πῶς ἐθέλεις πτῆναι χάλκεον εἶδος ἔχων;

ἈΓΑΘΙΟΥ, Σχολαςικοῦ,

Εἰς Ἱππόλυτον διαλεγόμενον
τῇ τροφῷ τῆς Φαίδρας.

Ἱππόλυτος τῆς γρηὸς ἐπ' οὔατι πλέα μῦθον
Φθέγγεται· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ δυνάμεσθα κλύειν.
Ὅσσον δ' ἐκ βλεφάροιο μεμηνότος ἐςὶ νοῆσαι
Ὅττι παρεγγυάᾳ μηκέτ' ἄθεσμα λέγειν.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Τηλέφου τετρωμένου.

Οὗτος ὁ Τευθρανίας πρόμος ἄσχετος, οὗτος ὁ τοπρὶν
Τήλεφος αἱμάξας φρικτὸν Ἄρη Δαναῶν,
Μυσὸν ὅτε πλήθοντα φόνῳ ἐκέρασσε Καΰκον.
Οὗτος ὁ Πηλιακοῦ δούρατος ἀντίπαλος,

Νῦν

XXII. Juliani,

de Icaro aeneo, ſtante in balneo.

Icare, cera prius te perdidit: Icare, cera
Reſtituit formam nunc tibi docta manus.
Sed noli pennas motare per aëra, caſus
Balnea mox faciat ne tuus Icaria.

XXIII. Ejusdem,

de eodem.

Icare, ſis temet memor eſſe ex aere, nec ars te
Fallat & apta humeris utraque penna tuis.
Si cum vivus eras delapſus es in mare, nunc cum
Aeneus es, tibi cur, quaeſo, volare libet?

XXIV. Agathiae, Oratoris,

de Hippolyto, loquente cum Phaedra nutrice.

Hippolytus duris (ſed nos audire vetamur)
Vocibus affatur nil miſeratus anum.
Illius inſano ſed quantum eſt diſcere vultu,
Hanc monet, abſtineat verba nefanda loqui.

XXV. Philostrati,

de effigie Telephi vulnerati.

Hic eſt Teuthraniae princeps fortiſſimus, armis
Qui toties Grajûm contudit arma ſuis.
Purpurea Myſum pinxit cum caede Caycum,
Hic eſt quem ſenſit Pelias haſta parem.

Νῦν ὅλοον μηρῷ κεύθων βάρος, οἷα λιπόκτους
Τήκεται, ἐμψύχῳ σαρκὶ συνελκόμενος.
Οὗ καὶ τειρομένοιο περιπτώσσοντες Ἀχαιοὶ,
Φύρδην Τευθρανίας κεῦνται ἀπ' ἠϊόνος.

ΓΛΑΥΚΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Φιλοκτήτου.

Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον Ἥρω
Τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος.
Ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ
Δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος.
Ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι
Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐχθρὸς ὑπὲρ Δαναοὺς πλάστης ἐμὸς, ἄλλος Ὀδυσσεὺς,
Ὅς μ' ἔμνησε κακῆς οὐλομένης τε νόσου.
Οὐκ ἤρκει πέτρη, τρῦχος, λύθρον, ἕλκος, ἀνίη·
Ἀλλὰ καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂, ΑἸΓΥΠΤΙΌΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἶδα Φιλοκτήτην ὁρόων, ὅτι πᾶσι φαείνει
Ἄλγος ἐὸν καὶ τοῖς τηλόθι δερκομένοις·
Ἄγρια μὲν κομόωσαν ἔχει τρίχα· δεῦρ' ἴδε κόρσης
Χαίτην τρηχαλέοις χρώμασιν αὐσταλέην.
Δέρμα κατεσκληκὸς δὲ φέρει καὶ ῥικνὸν ἰδέσθαι,
Καὶ τάχα καρφαλέον χερσὶν ἐφαπτομένοις.

Δά-

Nunc femore occultans ſaevi tormenta doloris
Moeret, & attrahitur vulnere tota caro.
Saucius ille tamen tantum perterret Achivos,
Ut cito Teuthranio litore defugiant.

XXVI. Glauci,
de effigie Philoctetae.

Vidit & hunc credo miſerum Paeante creatum
Parrhaſius. forma eſt tam bene picta viri.
Quippe ſubeſt oculis arentibus abdita quaedam
Lachryma, ſeque dolor tam ferus intus agit.
Eximium nemo te, pictor, in arte negabit:
Deſinere illius ſed mala tempus erat.

XXVII. *De eodem.*

Trux ſupra Danaos fictor meus: alter Ulyſſes,
Me veterem cogit qui meminiſſe luem.
Splenia non ſat erant, ſanies, dolor, ulcus & antrum:
Juſſit in aes etiam noſtra venire mala.

XXVIII. Juliani, Aegyptii,
de eodem.

Cum ſpecto Paeante ſatum, monſtrabit, opinor,
Tormentum, quamvis eminus, ille ſuum.
Heu quam moeſta viro coma: namque a vertice pendet
Horrida ſquallentis ſilva capillitii.
Arida tum vero cutis eſt, atque obſita rugis,
Quam tangens poſſet, credo, friare manus.

Δάκρυα δὲ ξηροῖσιν ὑπὸ βλεφάροισι παγέντα
"Ισταται, ἀγρύπνου σῆμα δυηπαθίης.

ΚΟΣΜΑ ΜΗΧΑΝΙΚΟΥ,

Εἰς Πύῤῥον μέλλοντα σφάξαι
τὴν Πολυξένην.

Πύῤῥος ἐγώ· σπεύδω δὲ πατρὸς χάριν· ἡ δὲ κυνῶπις
Παλλάδα κικλήσκει, γνωτὸν ἔχουσα Πάριν.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ,

Εἰς Χείρωνα τὸν Ἱπποκένταυρον.

Ἀνδρόθεν ἐκκέχυθ' ἵππος, ἀνέδραμε δ' ἱππόθεν ἀνήρ.
Ἀνὴρ νόσφι ποδῶν, κεφαλῆς δ' ἄτερ, αἰόλος ἵππος.
Ἵππος ἐρεύγεται ἄνδρα, ἀνὴρ δ' ἀποπέρδεται ἵππον.

ἘΥΟΔΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἵππος ἔην ἀκάρηνος, ἀνὴρ δ' ἀτέλεστος ἔκειτο,
Ὃν γε φύσις παίζουσα θοῷ ἐνεκέντρισεν ἵππῳ·

ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ,

Εἰς Κυνέγειρον.

Οὔ σε, μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε
Φᾶσις, ἐπεὶ βριαραῖς ἄνθετο σὺν παλάμαις.

Ἀλ-

At lacrymae ſiccis concretae luminibus ſtant,
Judicium quam ſit pervigil ille dolor.

XXIX. Cosmae, mechanici,
de Pyrrho, interfecturo
Polyxenam.

Pyrrhus ego. hanc patri fero munus: at invocat audax
Pallada: nec Paridis cogitat eſſe ſoror.

XXX. Juliani, Imperatoris,
de Chirone Centauro.

Fundit equum vir, equusque viri de corpore ſurgit;
Eſt capite hic exſors equus, exſors eſt pedibus vir.
Ecce virum qui ructat equus, qui pedit equum vir.

XXXI. Euodi,
de eodem.

Imperfectus equus pedibus, vir finis egebat.
Hunc ſed equo inſeruit cupiens natura jocari.

XXXII. Cornelii,
de Cynegiro.

Te Phaſis, Cynegire, tamen non ut Cynegirum,
Inſtructum ſiquidem fecit utraque manu.

Ἀλλὰ σοφός τις ἔην ὁ ζωγράφος, οὐδέ σε χειρῶν
Νόσφισε, τῶν χειρῶν οὕνεκεν ἀθάνατον.

ΠΑΥ'ΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μηδοφόνους μὲν χεῖρας ὑπὲρ γαμψοῖο κορύμβου
Ναὸς ἀπορνυμένης ἐξέταμον κοπίδες.
Ἀνίκα πού, Κυνέγειρε, φυγάς ποτε φορτὶς ἐκείνα
Ὥσπερ ἀπ' εὐναίας εἴχετο σᾶς παλάμας·
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀπρὶξ δόρυ νήϊον ἀμφιδακοῦσαι,
Ἄπνοον ὠμάρτευν τάρβος Ἀχαιμενίαις.
Καὶ τὰς μέν τις ἀνὴρ ἕλε βάρβαρος· ἁ δέ γε χειρῶν
Νίκα Μοψοπίοις μίμνε παρ' ἐνναέταις.

ΠΟΣΕΙΔΙ'ΠΠΟΥ,

Εἰς στήλην Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος.

Λύσιππε, πλάστα Σικυώνιε, θαρσαλέη χείρ,
Δάϊε τεχνῖτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ,
Ὃν κατ' Ἀλεξάνδρου μορφᾶς χέες· οὐκ ἔτι μεμπτοὶ
Πέρσαι. συγγνώμη βουσὶ λέοντα φυγεῖν.

ἈΡΧΕΛΑ'ΟΥ, οἱ δὲ ἈΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν
Λύσιππος· τίν' ὅδὶ χάλκος ἔχει δύναμιν;
Αὐδάσοντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος, ἐς Δία λεύσσων,
Πᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε.

ἈΔΗ-

Sed ſapuit pictor, manibus qui noluit orbum
  Pingere, qui manuum nomine morte caret.

XXXIII. Pauli Silentiarii,

de eodem.

Abſcidit a ſumma pendentes puppe ſecuris
  Sanguine Medorum quae maduere manus:
Cum trepidam, Cynegire, ratem velut anchora curvo
  Dente tenax digiti detinuere tui.
Jam quoque deſectae de corpore ligna carinae
  Mordebant, magnus terror Achaemenidis.
Nunc ipſas Medus quis habet. Victoria manſit
  Mopſopiis, manibus debita nempe tuis.

XXXIV. Posidippi,

de ſtatua Alexandri.

Lyſippe, o fictor Sicyonie, nobilis arte,
  Ingenioque audax, ignis in aere micat,
Fuſus Alexander de quo tibi; nil ego Perſas
  Culpo. boum viſo juſta leone fuga eſt.

XXXV. Archelai *aut ut alii volunt* Asclepiadae,

de eodem.

Aequat Alexandri vultumque animumque ferocem
  Lyſippus: tantum poſſe quis aera putet?
Aereus iſte Jovem ſpectans clamare videtur:
  Subdo mihi terras, tu, pater, aſtra tene.

XXXVI.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο· ὧδε τὰ κείνου
 Ὄμματα καὶ ζωὸν θάρσος ὁ χαλκὸς ἔχει.
Ὃς μόνος ἣν ἐφορῶσιν ἀπ᾽ αἰθέρος αἱ Διὸς αὐγαὶ,
 Πᾶσαν Πελλαίῳ γῆν ὑπέταξε θρόνῳ.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τοῦτον Ἀλέξανδρον, μεγαλήτορος υἷα Φιλίππου,
Δέρκεαι ἀρτιλόχευτον, Ὀλυμπιὰς ὅν ποτε μήτηρ
Καρτερόθυμον ἔτικτεν· ἀπ᾽ ὠδίνων δέ μιν Ἄρης
Ἔργα μόθων ἐδίδασκε, τύχη δ᾽ ἐκέλευσεν ἀνάσσειν.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μὰ τὸν βουθοίναν Ἡρακλέα, παῖδες ἀγρόται,
 Οὐκ ἔτι κερδαλέοις ἔμβατα ταῦτα λύκοις.
Φῶρές τε ςείχειν κλοπίην ὁδὸν ἀρνήσονται,
 Εἰ καὶ κωμήτας ἄκριτος ὕπνος ἔχει.
Ἡ γάρ μ᾽ ἵδρυται Διονύσιος οὐκ ἄτερ εὐχῆς
 Χώρῳ τῷδ᾽ ἀγαθὸν σύμμαχον Ἡρακλέα.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μὴ τρέσσῃς ὅτι τόξον, ὁδοιπόρε, καὶ νεοθηγεῖς
 Ἰοὺς γυμνάσας, πρόσθε ποδῶν ἐθέμην,
Μηδ᾽ ὅτι βαςάζω ῥόπαλον χερὶ, μηδ᾽ ὅτι δέρμα
 Ἀμφ᾽ ὤμοις χαροποῦ τοῦτο λέοντος ἔχω.
Πημαίνειν οὐ πάντας ἐπίςαμαι, ἀλλὰ κακούργους.
 Καὶ σώζειν ἀγαθοὺς ἐξ ἀχέων δύναμαι.

ΑΔΗ-

XXXVI. Incerti,
de eodem.

Cernis Alexandrum, non dicam ex aere, ſed ipſum:
Sic oculi, ſic vis acris in ore viget:
Unus hic, aetherio quot ſunt ſub lumine, terras
Pellaeo potuit ponere ſub ſolio.

XXXVII. Incerti,
de eodem.

Aſpice Alexandrum magno genitore Philippo,
Qualis Olympiadis primum puer exiit alvo,
Jam tum magnanimus, jam tum Mars fortia facta,
Imperiumque ingens illi Fortuna parabat.

XXXVIII. Incerti.

Sic vos Alcides juvet helluo, ruſtica pubes,
Non ultra currunt iſta per arva lupi.
Ipſi clam fures metuent accedere, ſomno
Sint licet agricolûm corpora preſſa gravi.
Alciden quoniam fundo Dionyſius iſti
Cuſtodem ſancta cum prece me poſuit.

XXXIX. Incerti.

Cornua ne quoniam cernis ſinuata, viator,
Spiculaque ante pedes nuda jacere, time;
Nec quia nodoſam geſtat mea dextera clavam,
Terga Cleonaea nec quia pelle tegor;
Laedere non cunctos, ſed ſolos iſta nocentes
Arma, bonis eadem vim prohibere ſolent.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸν Ὀδυσσέα.

Αἰεὶ Λαρτιάδῃ πόντος βαρύς· εἰκόνα χεῦμα
  Ἔκλυσε, κἀκ δέλτων τὸν τύπον ἠφάνισεν.
Τί πλέον; ἐν ἐπέεσσιν Ὁμηρείοις γὰρ ἐκείνου
  Εἰκὼν ἀφθάρτοις ἐγγράφεται σελίσιν.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸν Μινώταυρον.

Ὁ παῖς ὁ ταῦρος, ὁ κατὰ μηδὲν ἐντελής,
Ὁ τῆς τεκούσης τοῦ πάθους κατήγορος,
Ὁ μιξόθηρ ἄνθρωπος, ἡ διπλῆ φύσις,
Ὁ ταυρόκρανος, ἡ πλάνη τῶν σωμάτων,
Ὃς οὔτε βοῦς πέφυκεν, οὔτ' ἀνὴρ ὅλως.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς Λυκοῦργον.

Τίς τὸν Θρήϊκα τόνδε μονοκρήπιδα Λυκοῦργον
  Χάλκεον, Ἠδωνῶν ταγὸν, ἀνεπλάσατο;
Βακχιακὸν παρὰ πρέμνον ἴδ' ὡς ἀγέρωχα μεμηνὼς,
  Βριθὺν ὑπὲρ κεφαλᾶς ἀντέτακεν χάλυβα.
Μανύει μορφὰ τὸ πάλαι θράσος· ἁ δ' ἀγέρωχος
  Λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς Ἰφιγένειαν.

Μαίνεται Ἰφιγένεια· πάλιν δέ μιν εἶδος Ὀρέστου
  Ἐς γλυκερὴν ἀνάγει μνῆστιν ὁμαιμοσύνης.

Τῆς

XL. Incerti,

de Ulyſſe.

Dulichio pontus ſemper gravis: unda colores
Diluit, & formam ſuſtulit e tabula.
Quid tamen hoc refert, illius quando figuram
Maeonidae ſemper viva papyrus habet?

XLI. Incerti,

de Minotauro.

Puer ecce taurus, integre neutrum tamen,
Certo patet quo teſte maternus furor,
Natura duplex, quadrupes mixtus viro,
Taurina forma capitis, error corporum,
Nec totus eſt bos iſte, nec totus vir eſt.

XLII. Incerti,

de Lycurgo.

Quis validum, laevo nudum pede, Thraca Lycurgum
Edonae gentis finxit in aere ducem?
Aſpicis ut tumidus ſupra caput ille ſecurim
In Bromii vibret dona furente manu?
Durat in irato vetus illa ferocia vultu,
Atque aeri rabies multaque bilis ineſt.

XLIII. Incerti,

de Iphigenia.

Iphigenia furit, ſed eam conſpectus Oreſtis
Mitigat, & memorem ſanguinis eſſe jubet.

Τῆς δὲ χολωομένης, καὶ ἀδελφεὸν εἰσοροώσης,
Οἶκτῳ καὶ μανίῃ βλέμμα συνεξάγεται.

ΚΑΛΛΙΜΑ´ΧΟΥ,

Εἰς Ἠετίωνα.

Ἥρως Ἠετίωνος ἐπὶ ϛαθμὸν Ἀμφιπολίτεω
Ἵδρυμαι, μικρῷ μικρὸς ἐπὶ προθύρῳ,
Λοξὸν ὄφιν καὶ μοῦνον ἔχων ξίφος· ἀνδρὶ δὲ ἱππεῖ
Θυμωθεὶς πεζὸν κἀμὲ παρωκίσατο.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ, Θ'.

Εἰς Ἡρωΐδας.

Εἰς ἄγαλμα Νιόβης.

Ἐκ ζωῆς με Θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ͂ ΑἸΓΥΠΤΙ´ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Δυϛήνου Νιόβης ὁράας παναληθέα μορφὴν,
Ὡς ἔτι μυρομένης πότμον ἑῶν τεκέων.
Εἰ δ' ἄρα καὶ ψυχὴν οὐκ ἔλλαχε, μὴ τόδε τέχνῃ
Μέμφεο· θηλυτέρην εἴκασε λαϊνέην.

ἈΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταντιαλὶς ἅδέ ποχ' ἅδε, δὶς ἑπτὰ τέκνα τεκοῦσα
Γαϛρὶ μιῆ, Φοίβῳ θῦμα καὶ Ἀρτέμιδι.

Illius iratae patrem fratremque videntes
Exagitant oculos hinc furor, hinc pietas.

XLIV. CALLIMACHI,
de Eetione.

Heros Eetion in ovilibus Amphipolitae
Hic ſervo parvas parvus & ipſe fores.
Nil mihi praeter adeſt anguem gladiumque. peroſus
Ille equites ideo me facit hic peditem.

TITULUS IX.

De Heroinis.

I. *De ſtatua Niobes.*

Ex viva lapidem me Di fecere. ſed ecce
Praxiteles vivam me facit ex lapide.

II. JULIANI, AEGYPTII,
de eadem.

Ecce tibi Niobe, vera ſpectanda figura,
Triſtia natorum funera plangit adhuc.
Nec quod abeſt huic vita, manum reprehendite: quippe
Effingenda fuit femina facta lapis.

III. ANTIPATRI,
de eadem.

Tantalis haec illa eſt: peperit bis pignora ſeptem,
Quae morti Phoebus quaeque Diana dedit.

Κούρα γὰρ προὔπεμψε κόραις φόνον, ἄρσεσι δ' ἄρσην·
Δισσοὶ γὰρ δισσὰς ἔκτανον ἑβδομάδας·
Ἁ δὲ τόσας ἀγέλας μάτηρ πάρος, ἁ πάρος εὔπαις,
Οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τλάμων λείπεται γηροκόμῳ.
Μάτηρ δ' οὐχ ὑπὸ παισὶν, ὅπερ θέμις, ἀλλ' ὑπὸ ματρὸς
Παῖδες ἐς ἀλγεινοὺς πάντες ἄγοντο τάφους.
Τάνταλε, καὶ δέ σε γλῶσσα διώλεσε, καὶ σέο κούραν.
Χὰ μὲν ἐπετρώθη, σοὶ δ' ἔπι δεῖμα λίθος.

ΘΕΟΔΩΡΙ'ΔΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Στᾶθι πέλας, δάκρυσόν ἰδὼν, ξένε, μυρία πένθη
Τᾶς ἀθυρογλώσσου Ταντταλίδος Νιόβας·
Ἃς, ἐπὶ γᾶς ἔτρωσε δυωδεκάπαιδα λοχείην
Ἄρτι, τὰ μὲν, Φοίβου τόξα, τὰ δ' Ἀρτέμιδος.
Ἁ δὲ, λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα,
Πετροῦται· στενάχει δ' ὑψιπαγὴς Σίπυλος.
Θνατοῖς ἐν γλώσσᾳ δολία νόσος· ἁ ἀχάλινος
Ἀφροσύνα τίκτει πολλάκι δυστυχίαν.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε γύναι πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα χεῖρα νένευκας,
Ἔνθεον ἐξ ἀθέου κρατὸς ἀφεῖσα κόμαν.
Λατοῦς παπταίνουσα πολὺν χόλον, ὦ πολύτεκνε,
Νῦν στένε τὰν πικρὰν καὶ φιλάβουλον ἔριν·
Ἁ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἁ δὲ λιπόπνους,
Κέκλιται· ᾇ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.
Καὶ μόχθων οὔπω τόδε σοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἄρσην
Ἔστρωται τέκνων ἐσμὸς ἀποφθιμένων.

Ὦ

Femina feminei nam ſexus, masque virilis,
  Illa neci ſeptem tradidit, hic totidem.
De grege, quo tanto fuerat circumdata mater,
  Nil ejus ſenium quo relevetur habet.
Nec ſepeliverunt ut, fas, ſua pignora matrem,
  Sed dedit infelix pignora mater humo.
Exitio natae fuit & tibi, Tantale, lingua:
  Tu lapidem metuis, fit tua nata lapis.

IV. Theodoridae,

de eadem.

Hoſpes ſiſte gradum, nimiisque ſuperba locutae
  Tantalidos Niobes illacrymare malis.
Biſſex ediderat partus, quos tempore eodem
  Hinc arcu Phoebus ſtravit, & inde ſoror.
Sic miſera in mediam ſilicis carnisque figuram
  Concrevit: Sipylus triſtia fata gemit.
Dira lues hominum linguis eſt inſita: multa
  Peſtis ab effraeni garrulitate venit.

V. Antipatri,

de eadem.

Non pudet ad coelum quod palmas femina tollis,
  Impia lymphatas ſparſa per ora comas?
Latonae foecunda parens jam conſpicis iras,
  Jurgiaque inſanae mentis acerba gemis.
Eſt quae natarum nece palpitat: altera ſenſu
  Linquitur: huic nimium certa ſagitta venit.
Nec [illegible]n crede tibi luctus finire; ſororum
  [illegible]ia nam ſequitur fata virile genus.

In-

Ὦ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
Πέτρος ἔσῃ Νιόβα, κ' Ἀΐδι τειρομένα.

ΜΕΛΕΑ'ΓΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταντάλι παῖ, Νιόβα, κλῦ' ἐμὰν φάτιν, ἄγγελον ἄτας,
Δέξαι σῶν ἀχέων οἰκτροτάταν λαλιάν·
Λῦε κόμας ἀνάδεσμον., ἰὼ, βαρυπενθέσι Φοίβου
Γειναμένα τόξοις ἀρσενόπαιδα γόνον.
Οὔ σοι παῖδες ἔτ' εἰσίν· ἀτὰρ τί τόδ' ἄλλο τι λεύσσω;
Αἴ, αἴ, πλημμυρεῖ παρθενικαῖσι φόνος.
Ἁ μὲν γὰρ, ματρὸς περὶ γούνασιν, ἁ δ' ἐνὶ κόλποις
Κέκλιται· ἁ δ' ἐπὶ γᾶς, ἁ δ' ἐπιμαστίδιος·
Ἄλλα δ' ἀντωπὸν θαμβεῖ βέλος. ἁ δ' ἐπ' ὀϊστοῖς
Πτώσσει· τᾶς δ' ἔμπνουν ὄμμ' ἔτι φῶς ὁράᾳ·
Ἁ δὲ λάλον στέρξασα πάλαι στόμα, νῦν ὑπὸ θάμβευς
Μάτηρ, σαρκοπαγὴς οἷα πέπηγε λίθος.

ἌΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ.

Τέχνη Τιμομάχου στοργὴν καὶ ζῆλον ἔδειξε
Μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων.
Τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος, ᾗ δ' ἀνανεύει,
Σώζειν καὶ κτείνειν βουλομένη τέκεα.

ἈΝΤΙΦΙ'ΛΟΥ, ΒΥΖΑΝΤΙ'ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χεὶρ,
Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,

Μυ-

Infauſta prognata die: nec meta laborum
Mors tibi. nam fies, Tantali, morte ſilex.

VI. Meleagri,

de eadem.

Tantali ſermonem triſtem tamen accipe. ſaevos
Nuntius huc luctus & tua damna fero.
Solve comas. Phoebi telis foecunda fuiſti;
Tot de te genitos abſtulit ille mares.
Jam tibi non vivunt. quid adhuc miſerabile cerno?
Virgineo caedes imminet ecce choro.
Haec infuſa ſinu matris jacet. illa papillis
Pendet; at haec genibus ſunditur, illa ſolo.
Haec jam conſpecta, tremit haec ſtridente ſagitta:
Nondum totum oculis expulit illa diem.
Illa loquax quondam, penitus tua filia, mater,
Sic pavet, ut dubites, ſit caro, ſitne ſilex.

VII. Incerti,

de effigie Medeae, Romae.

Dum trahit infantes, mixta pietate furentem
Zelotypam pinxit Colchida Timomachus.
Partim quippe favet, partimque renititur enſi,
Et pueros jam vult vivere, jamque mori.

VIII. Antiphili, Byzantii,

de eodem argumento.

Diſtractam pueros inter thalamique dolorem
Colchida cum pinxit Timomachea manus,

Μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
Ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν. ὅρα τύπον· ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
Δάκρυον, ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων
Ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς σου, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραφεν εἰκόνι θυμόν;
Τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον. ἤ τις Ἰήσων
Δεύτερος, ἢ Γλαύκη; τίς πάλι σοὶ πρόφασις;
Ἔῤῥε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. σῶν γὰρ ἀμέτρων
Ζήλων εἰς ἃ θέλεις, καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεῦρ' ἴδε, παιδολέτειραν ἐν εἰκόνι, δεῦρ' ἴδ' ἄγαλμα,
Κολχίδα, Τιμομάχου χειρὶ τυπωσαμένου.
Φάσγανον ἐν παλάμᾳ, θυμὸς μέγας, ἄγριον ὄμμα,
Παισὶν ἐπ' οἰκτίστοις δάκρυ κατερχόμενον.
Πάντα δ' ὁμοῦ συνέχευεν, ἄμικτά τε εἰς ἓν ἀγείρας
Αἵματι μὴ χρῶσαι φεισάμενος παλάμαν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τιμόμαχος Μήδειαν ὅτ' ἔγραφεν, εἰκόνι μορφᾶς
Ἀψύχου ψυχὰς θήκατο διχθαδίας.

Ζα-

Miſcuit affectus geminos ſollerte labore,
Hic quorum clemens, ille cruentus erat.
Aſpice quam partes geminas implêrit: in ira
Se lachrymae verſant, in pietate furor.
Sat voluiſſe fuit, dicunt. occidere parvos
Colchidi convenit, non tibi Timomache.

IX. Philippi,
de eadem.

Colchi, tuam quis, dic, in imagine miſcuit iram?
Cujus es hic etiam barbara facta manu?
Sicne paras pueros occidere ſemper? Iaſon
Alter, an eſt Glauce jam nova cauſa tibi?
I procul in ceris etiam nunc impia: ſentit
Effigies, tendat quo tuus ille furor.

X. Incerti,
de eadem.

Aſpice crudelem pueris in imagine matrem
Colchida, Timomachi quae datur arte tibi.
Ferro armata manus, cor ingens, lumina ſaeva,
Queis tamen ob parvos lachryma parva ſubit.
Omnia tam valde diſcordia miſcuit una:
Caede tamen parcens conſcelerare manum.

XI. Juliani, Aegyptii,
de eadem.

Timomachus pueris immitem Colchida pinxit
Exanimisque animas cepit imago duas.

 Nam

Ζᾶλον γὰρ λεχέων, τεκέων θ' ἅμα φίλτρα συνάψας,
Δεῖξεν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀντιμεθελκομέναν.

ἈΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεῦρ' ἴδε, καὶ θάμβησον ὑπ' ὀφρύσι κείμενον οἶκτον,
Καὶ θυμὸν, βλεφάρων καὶ πυρόεσσαν ἴτυν,
Καὶ μητρὸς παλάμην ἀλόχοιό τε πικρὰ παθούσης,
Ὁρμῇ φειδομένῃ πρὸς φόνον ἑλκομένην.
Ζωγράφος εὖ δ' ἔκρυψε φόνου τέλος, οὐκ ἐθελήσας
Θάμβος ἀπαμβλῦναι πένθεϊ δερκομένων.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Κολχίδα, τὴν ἐπὶ παισὶν ἀλάστορα, τραυλὲ χελιδὼν,
Πῶς ἔτλης τεκέων μαῖαν ἔχειν ἰδίων;
Ἧς ἔτι κανθὸς ὕφαιμος ἐπαστράπτει φόνιον πῦρ,
Καὶ πολιὸς γενύων ἀφρὸς ἀποσταλάει·
Ἀρτιβρεχὴς δὲ σίδηρος ἐφ' αἵματι. Φεῦγε πανώλη
Μητέρα, κἂν κηρῷ τεκνοφονοῦσαν ἔτι.

Εἰς ἄγαλμα τῆς αὐτῆς.

Μαίνῃ καὶ λίθος οὖσα, καὶ ἐκ κραδίης σέο θυμὸς
Ὄμματα καλχήνας ἐς χόλον ἠυτρέπισεν.
Ἔμπης οὐδὲ βάσις σε καθέξεται, ἀλλ' ἄρα θυμῷ
Πηδήσεις, τεκέων εἵνεκα μαινομένη.
Ὦ, τίς ὁ τεχνίτης τόδε γ' ἔπλασεν, ἢ τίς ὁ γλύπτης,
Ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ;

ἈΝ-

Nam ſocians iras de pellice prolis amori,
In partes oculos fecit utrasque trahi.

XII. Incerti,
de eadem.

Ecce ſupercilio pietas cohibetur & ira.
Aſpice quam flagrent igne minace genae;
Matris & uxoris laeſae ſimul aſpice dextram,
Ad caedem ſtudio quae trepidante venit.
Ars ſapiens, caedem quod noluit addere, viſo
Tam triſti fieret ne minor artis honos.

XIII. Philippi,
de eadem.

Cur, rogo, Medeam, ſaevam in ſua pignora matrem,
Partubus altricem ſumis, hirundo, tuis?
Dirus adhuc oculus truculento fulminat igne,
Spumaque de malis nunc quoque cana fluit.
Enſis at ipſe recens de ſanguine. tu fuge matrem,
Cujus & in ceris mens ſcelerata manet.

XIV. *De ejusdem effigie.*

Inſanis & nunc cum ſis lapis, iraque cordis
In cava defuſum lumina virus agit.
Non poterit jam te ipſa baſis retinere, ſed ardens
Exſilies partus, credo, peroſa tuos.
Quis tantum potuit caeli ſcalprive labore,
Intrarit lapidem miſſus ut arte furor?

ʼΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ, ΜΑΚΕΔΟ'ΝΟΣ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Μηδείης τύπος οὗτος· ἴδ' ὡς τὸ μὲν εἰς χόλον αἴρει
Ὄμμα, τὸ δ' εἰς παίδων ἔκλασε συμπαθίην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἶκτον ὁμοῦ καὶ λύσσαν ἐτήτυμον ἔνθεος ἀνὴρ
Μαρμάρῳ ἐγκατέμιξε, βιαζομένην δ' ὑπὸ τέχνης
Λαϊνέην Μήδειαν ὅλης ἔμησεν ἀνίης.

ʼΑΡΑΒΙ'ΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ̃,

Εἰς ʼΑταλάντην καὶ Ἱππομένην.

Ἕδνα γάμων ἔῤῥιπτες, ἢ ἀμβολίην ταχυτῆτος,
Τοῦτο γέρας κούρῃ χρύσεον Ἱππόμενες;
Ἄμφω μῆλον ἄνυσσεν· ἐπεὶ καὶ παρθένον ὁρμῆς
Εἶργεν, καὶ ζυγίης σύμβολον ἦν Παφίης.

Εἰς ἄγαλμα ʼΑριάδνης.

Οὐ βροτὸς ὁ γλύπτας. οἵαν δέ σε Βάκχος ἐραστὰς
Εἶδεν, ὑπὲρ πέτρας ἔξεσε κεκλιμέναν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ξεῖναι, λαϊνέας μὴ ψαύετε τᾶς ʼΑριάδνας,
Μὴ καὶ ἀναθρώσκῃ Θησέα διζομένη.

ʼΑ Ν Τ Ι Φ Ι' Λ Ο Υ,

Εἰς ʼΑνδρομέδαν.

Αἰθιόπων ἁ βῶλος· ὁ δὲ πτερόεις τὰ πέδιλα,
Περσεύς· ἁ δὲ λίθῳ πρόσδετος, ʼΑνδρομέδα.

ʼΑ

XV. Antipatri, Macedonis,
de eadem.

Aſpice Medeae faciem. dureſcit in iram
Hic oculus: pueros frangitur ille videns.

XVI. *De eadem.*

En manus excellens in marmore miſcuit una
Cum pietàte ſimul rabiem. ſit ſaxea quamvis,
Cogitur antiquos Colchis meminiſſe dolores.

XVII. Arabii, Oratoris,
de Atalanta & Hippomene.

Hippomenes iſtud dominae quod projicis aurum,
Conjugii pretium eſt, an mora, quaero, pedum?
Profuit hoc tibi bis, tardata virgine, malum
Et quia legitimi pignus amoris erat.

XVIII. *De Ariadnes imagine.*

Non te ſculpſit homo: ſed qualem rupe jacentem
Viderat, expreſſit marmore Bacchus amans.

XIX. *De eadem.*

Saxea ſit quamvis, Ariadnen tangere noli,
Theſea ne properans quaerere proſiliat.

XX. Antiphili,
de Andromeda.

Aethiopum regio eſt. qui fert talaria, Perſeus:
Haec advincta feris cautibus, Andromede.

Gor-

Ἁ προτομὰ, Γοργοῦς λιθοδερκέος· ἆθλον ἔρωτος,
Κῆτος· Κασσιόπας, ἁ λάλος εὐτεκνίη.
Χἁ μὲν ἀπὸ σκοπέλοιο χαλᾷ πόδας ἠθάδι νάρκᾳ
Νωθρόν· ὁ δὲ μναςὴρ νυμφοκομεῖ τὸ γέρας.

ἈΡΑΒΙ'ΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ̃,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Κηφεὺς Ἀνδρομέδην, ἢ ζωγράφος ἄνθετο πέτραις;
Καὶ γὰρ ἀπ' ὀφθαλμῶν ἡ κρίσις ἀμφίβολος.
Κῆτος δὲ σπιλάδεσσιν ἐπὶ γναμπτῇσι χαράχθη,
Ἢ ἀπὸ Νηρῆος γείτονος ἐξανέδυ;
Ἔγνων ταῦτα. σοφός τις ἀνὴρ κάμε· δεινὸς ἀληθῶς
Τεύξατο καὶ βλεφάρων καὶ πραπίδων ἀπάτην.

ΤΟΥ̃ Α'ΥΤΟΥ̃,

Εἰς εἰκόνα Ἑλένης.

Ἀργείης Ἑλένης ἐρόεις τύπος, ἥν ποτε βούτης
Ἥρπασε, τὸν ξεῖνον Ζῆνα παρωσάμενος.

ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ̃,

Εἰς ςήλην Πολυξένης.

Ἁ δὲ Πολυκλείτοιο Πολυξένα, οὐδέ τις ἄλλα
Χεὶρ ἔθιγεν τούτου δαιμονίου πίνακος.
Ἥρας ἔργον ἀδελφόν· ἴδ' ὡς πέπλοιο ῥαγέντος,
Τὰν αἰδῶ γυμνὰν σώφρονι κρύπτε πέπλῳ.
Λίσσεται ἁ τλάμων ψυχᾶς ὕπερ· ἐν βλεφάροις δὲ
Παρθενικᾶς ὁ Φρυγῶν κεῖται ὅλος πόλεμος.

Gorgonis hoc ſectum caput eſt. certamen amoris
  Bellua. Caſſiopes garrula fertilitas.
Liberat illa pedes longa torpedine ſegnes
  A ſcopulo: potitur virgine victor amans.

XXI. Arabii, Oratoris,
de eadem.

Cepheus Andromeden an pictor rupe ligavit?
  Namque oculus non quit cernere, credat utrum.
Picta ſuper ſcopulos oſtenditur horrida piſtrix,
  An de vicino tollitur illa mari?
Agnoſco vix ſigna manus. o magnus in arte,
  Lumina qui potuit fallere, quique animos.

XXII. Ejusdem,
de Helenae imagine.

Haec Helenae pulchra eſt facies, quam paſtor ab Ida,
  Hoſpitii violans jura Jovemque, rapit.

XXIII. Polliani,
de ſtatua Polyxenae.

Iſte tuus labor eſt, Polyclete, Polyxena: ſenſit
  Non aliam felix iſta tabella manum.
Germanum Junonis opus. cerne ut ſibi prudens
  Obducat rupta tegmina veſte pudor.
Pro vita facit illa preces. in virginis udis
  Eſt oculis, quantum eſt de Phryge Marte ſuper.

ἈΔΕ΄ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς εἰκόνα Διδοῦς.

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις,
  Εἰκόνα, θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην·
Τοίη καὶ γενόμην. ἀλλ' οὐ νόον οἷον ἀκούεις,
  Αἰσχρὸν ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένη.
Οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
  Τροίης περθομένης ἤλυθον ἐς Λιβύην.
Ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβᾶον ὑμεναίων
  Πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες, τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα;
  Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ, Ι΄.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς.

ΓΑΥΡΑΔΑ,

ὡς παρὰ τοῦ Πανός.

Ἀχὼ φίλα μοι συγκαταίνεσόν τι. τί;
Ἐρῶ κορίσκας, ἃ δέ μ' οὐ φιλεῖ. φιλεῖ.
Πρᾶξαι δ' ὁ καιρὸς καιρὸν οὐ φέρει. φέρει.
Τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. ἐρῶ.
Καί πίστιν αὐτᾷ κερμάτων τὺ δός. τὺ δός.
Ἀχώ, τί λοιπὸν, ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν.

ΣΑΤΥ΄ΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ποιμενίαν ἄγλωσσον ἀν' ὀργάδα μέλπεται Ἀχὼ
  Ἀντίθρουν πτανοῖς ὑστεροφωνον ὄπα.

ΛΟΥ-

XXIV. Incerti,
de Didûs imagine.

Non haec effigies Didûs, magis ipſa putanda eſt;
Tam nitet eximio mirus in ore decor.
Talis eram vultu: non talis pectore, qualem
Fama loquax meritis finxit iniqua meis.
Aeneam vidi numquam: nec ad Africa veni
Littora, quo facta eſt tempore Troja cinis.
Conjuge ſed ne me per vim potiretur Hiarbas,
Inveni ferro pectus adacta necem.
Invida cur caſto dictabas Muſa Maroni
Falſa adeo in noſtram probra pudicitiam?

TITULUS X.
De Echûs Imagine.

I. Gauradae.
Pan loquitur.

Echo docebis mene quae volo? volo.
Amare me, ſed non amari fama? ama.
Fruine tempus ut queam dabit? dabit.
Fer verba amoris ſigna quem feram? feram.
Fidem ſed auri te rogo dùis. duis.
Echo quid ultra reſtat? an frui? frui.

II. Satyri,
de eodem.

Paſcua laeta colens imitatrix carminis Echo
Ultima poſt querulas verba recantat aves.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, οἱ δὲ, ἈΡΧΙΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι.

ΕΥΟΔΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀρκαδικὰ θεός εἰμι, παρὰ προθύροις δὲ Λυαίου
Ναίω, φθεγγόμενον μῦθον ἀμειβομένα.
Οὐκ ἔτι γὰρ στυγέω, Βάκχευ φίλε, τὸν θιασώταν
Τὸν τεόν. ἔρχεο Πάν, ξυνὰ λέγωμεν ἔπη.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΙΑ.

Εἰς θαλάσσης εἰκόνα.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Ἔζευξ᾽ Ἑλλήσποντον ὁ βάρβαρος ἄφρονι τόλμᾳ,
Τοὺς δὲ τόσους καμάτους πάντας ἔλυσε χρόνος.
Ἀλλὰ Δικαιαρχεία διηπείρωσε θάλασσαν,
Καὶ βυθὸν εἰς χέρσου σχῆμα μετεπλάσατο.
Λᾶα βαθυστήριγγα κατερρίζωσε πέλωρον,
Χερσὶ Γιγαντείαις δ᾽ ἔστασε νέρθεν ὕδωρ.

Ἦν

III. Luciani, *aut ut alii volunt*, Archiae,
de eodem.

Saxa colens Echo datur hic tibi Panos amica,
  Extremos tantum docta referre ſonos.
Gaudia paſtorum, cujuslibet oris imago,
  Audito quantum voce ſonabis, abi.

IV. Euodi,
de eodem.

Verba imitans Echo, faex vocis, cauda loquelae.

V. *De eodem.*

Arcadiae ſum Nympha, foras hic ante Lyaei
  Adſto repercuſſos reddere fida ſonos.
Non ultra tuus eſt odio mihi, Bacche, ſodalis:
  Huc Pan, ut pariter verba feramus, ades.

TITULUS XI.

De Maris imagine.

I. Philippi, Macedonis.

Mentis egente opera junxit mare barbarus Helles,
  Nec potuit tantus tempora ferre labor.
Sed ſolidum facit ecce Dicaearchia profundum:
  In terrae ſpeciem (quis putet?) aequor abit.
Ingens in pelagus dejecta eſt ſaxea moles,
  Itque Giganteum nunc mare ſubter opus.

Ἦν δ' αἰεὶ πλώειν. διοδευομένη δ' ἐπὶ ναύταις,
Ἄϛατος εἰς πεζοὺς ὡμολόγησε μένειν.

Εἰς Σκύλλαν χαλκῆν.

Εἰ μὴ χαλκὸς ἔλαμπεν, ἐμήνυε δ' ἔργον ἄνακτος
Ἔμμεναι Ἡφαίϛου Δαιδαλέοιο τέχνης,
Αὐτὴν ἄν τις Σκύλλαν ὀΐσατο τηλόθε λεύσσων
Ἑϛάμεν, ἐκ πόντου γαῖαν ἀμειψαμένην·
Τόσσον ἐπισσείει, τόσσον κότον ἀντία φαίνει,
Οἷον ἀπὸ πελάγευς συγκλονέουσα νέας.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΙΒ'.

Εἰς Θεῶν καὶ Θεαινῶν ἀγάλματα.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ,
ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.
Εἰς τὴν ἐν Ἀθήναις ἔνοπλον Ἀθηνᾶν.

Τίπτε Τριτογένεια κορύσσεαι ἄϛεϊ μέσσῳ;
Εἶξε Ποσειδάων, φείδεο Κεκροπίης.

Εἰς ἄγαλμα Ἡφαίϛου, Ἀθηνᾶς,
καὶ Ἐρεχθέως.

Ἡ τέχνη συνάγειρεν ἃ μὴ φύσις, εἶπεν ὁ πλάϛης,
Μῆτερ νόσφι τόκων, νυμφίε νόσφι γάμων.

Εἰς ϛήλην Ἄρεος κεκοσμημένην
ἐν Θράκῃ.

Εἰσόκε θούριος οὗτος ἐπὶ χθονὶ κέκλιται Ἄρης,
Οὔποτε Θρηϊκίης ἐπιβήσεται ἔθνεα Γότθων.

Εἰς

Navigiis etiam patet hic via. currere nautis,
Et pediti ſemper ſtare recepit aqua.

II. *De aerea Scylla.*

Aere niſi fulgeret opus, ſi tale quid eſſet,
Qualia Daedaliae Mulciber artis habet,
Eminus aſpiciens Scyllam quis crederet ipſam
Migrato terras nunc habitare mari?
Tam furit horrendum, tantas inſurgit in iras,
Ceu foret in manibus jam crepitura ratis.

TITULUS XII.

De Deorum Dearumque Imaginibus.

I. Juliani Aegyptii,
ex genere Praefectorum Auguſtalium.
de Minerva Athenis armata.

Cur media, Pallas, capis arma in Cecropis urbe?
Neptunus ceſſit jam tibi, parce tuis.

II. *De Imagine Vulcani, Minervae,*
& Erechtheos.

Vir ſine conjugio, nunquamque puerpera mater,
Quae natura nequit, plaſta ait, ars ſociat.

III. *De ſtatua Martis dormientis*
in Thracia.

Donec atrox Mavors fuſus tellure cubabit,
Thracia non umquam Gothicis vaſtabitur armis.

Εἰς ἄγαλμα Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης.

Ἄρεα καὶ Παφίην ὁ ζωγράφος ἐς μέσον οἴκου
Ἀμφιπεριπλέγδην γέγραφεν ἀμφοτέρους.
Ἐκ θυρίδος δὲ μολὼν Φαέθων, πολυπάμφαος αἴγλη,
Ἔστη ἀμηχανόων ἀμφοτέρους σκοπέων·
Ἥλιος βαρύμηνις ἕως τίνος; οὐδ' ἐπὶ κηροῦ
Ἤθελεν ἀψύχου τὸν χόλον ἐξελάσαι.

ΔΙΟΤΙ'ΜΟΥ,

Εἰς ἄγαλμα Ἀρτέμιδος.

Ὡς πρέπει, Ἄρτεμίς εἰμ'· εἰ δ' Ἄρτεμιν αὐτὸς ὁ χαλκεὺς
Μανύει Ζηνὸς, κοὐχ' ἑτέρου θύγατρα,
Τεκμαίρου τὸ θράσος τᾶς παρθένου ἦ ῥά κεν εἴποις,
Πᾶσα χθὼν ὀλίγον τᾷδε κυναγέσιον.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ,

Εἰς ἄγαλμα Ἀπόλλωνος.

Βούπαις ὢ 'πόλλων, τόδε χάλκεον ἔργον Ὀνατᾶ,
Ἀγλαΐης Λητοῖ καὶ Διῒ μαρτυρίη.
Οὔθ' ὅτι τῆσδε μάτην Ζεὺς ἤρατο, χὤτι, κατ' αἶνον,
Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἀγλαὸς ὁ Κρονίδης.
Οὐδ' Ἥρη νεμεσητὸν ἐχεύατο χαλκὸν Ὀνατᾶς,
Ὃν μετ' Ἐλειθυίης τοῖον ἀπεπλάσατο.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν;
Ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο;
Πραξιτέλους χειρῶν ὅδε που πόνος. ἢ τάχ' Ὄλυμπος
Χηρεύει, Παφίης εἰς Κνίδον ἐρχομένης.

IV. *De Imagine Martis & Veneris.*

Ecce domo media per amoris vincla ligati
  Pictoris Mavors & Venus arte jacent.
Omnia qui luſtrat ſol forte patente feneſtra
  Haec videt, atque animo non patiente videt.
Quo ſol usque graves temet durabis in iras,
  In ceras etiam qui tua tela jacis?

V. Diotimi,
de imagine Dianae.

Dianam cernis, qualem decet. hanc Jove patre,
  Non alio genitam, ſat docet ipſe faber.
Aſpice virgo ferox quam ſit, quamque aſpera. dices:
  Venanti tellus huic erit ipſa parum.

VI. Antipatri,
de Apollinis effigie.

Grandeſcens jam Phoebus Onatae fictus in aere eſt:
  Latonae patet hoc teſte Jovisque decor.
Juppiter hanc igitur merito dilexit: & ipſe
  Par famae eſt, oculos pulcher & omne caput.
Nec tamen eſt, Juno cur iraſcatur Onatae:
  Ilythuia comes nam ſtat, Apollo, tibi.

VII. *De effigie Veneris in Cnido.*

Quis lapidi ſpirare dedit? quis Cyprida vidit
  In terris? quantum marmor amoris habet?
Praxitelis manus eſt: Venere, ut puto, regia coeli
  Jam caret, ad Cnidios venit ut ipſa Venus.

ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ Παφίη Κυθέρεια δι' οἴδματος ἐς Κνίδον ἦλθε,
Βουλομένη κατιδεῖν εἰκόνα τὴν ἰδίην.
Πάντη δ' ἀθρήσασα περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
Φθέγξατο, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
Ἔξεσ', Ἄρης οἵαν ἤθελε τὴν Παφίην.

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔτέ σε Πραξιτέλης τεχνάσατο, οὔθ' ὁ σίδαρος,
Ἀλλ' οὕτως ἔστης ὥς ποτε κρινομένη.

ἌΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα,
Φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν. εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα,
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

VIII. Platonis,

ejusdem argumenti.

Diva Paphi Cnidiam trans aequora venit ad urbem,
Effigiem cupiens pulchra videre ſuam.
Venit ut in templum luſtravitque omnia, quando eſt
Praxiteles nudam me ſpeculatus? ait.
Non vidit, Venus, ille, nefas quae cernere. ſed Mars
Ferreus expreſſit qualem amat ipſe Deam.

IX. Ejusdem,

de eadem.

Non te Praxiteles fecit, non ferrea caela;
Sed ſtas, ſub Phrygio judice qualis eras.

X. Incerti,

de eadem.

Ut Cnidiam vidit Venerem Venus ipſa, locuta eſt:
Praxiteles nudam me, rogo, vidit ubi?

XI. Luciani,

de eadem.

Nulli nuda Venus viſa eſt, puto: ſi tamen ulli,
Viſa viro, nudam qui dedit hanc Venerem.

XII. Ejusdem,

de eadem.

Alma Venus, tibi ſacro tuam ſub imagine formam:
Pulchrius hac potuit nil tibi, Diva, dari.

ʼΕΥΗ΄ΝΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Παλλὰς καὶ Κρονίδαο συνευνέτις εἶπον, ἰδοῦσαι
　Τὴν Κνιδίην, ἀδίκως τὸν Φρύγα μεμφόμεθα.

ΤΟΥ͂ Α΄ΥΤΟΥ͂.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πρόσθε μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσιν αὐτὸς ὁ βούτας
　Δέρξατο τὰν κάλλευς πρᾶτ᾽ ἀπενεγκαμέναν·
Πραξιτέλης Κνιδίοις δὲ πανωπήεσσαν ἔθηκεν,
　Μάρτυρα τῆς τέχνης ψῆφον ἔχων Πάριδος.

ʼΑΝΤΙΠΑ΄ΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙ΄ΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Φάσεις, τὰν μὲν Κύπριν ἀνὰ κραναὰν Κνίδον ἀθρῶν,
　Ἅδέ που ὡς φλέξει καὶ Θεὸς εὖσα λίθον.
Τὸν δ᾽ ἐνὶ Θεσπιάδαις γλυκὺν Ἵμερον, οὐχ ὅτι πέτρον,
　Ἀλλ᾽ ὅτι κὴν ψυχρῷ πῦρ ἀδάμαντι βαλεῖ.
Τοίους Πραξιτέλης κάμε Δαίμονας, ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλας
　Γᾶς, ἵνα μὴ δισσῷ πάντα θέροιτο πυρί.

ΤΟΥ͂ Α΄ΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Γυμνὴν εἶδε Πάρις με, καὶ Ἀγχίσης, καὶ Ἄδωνις·
　Τοὺς τρεῖς οἶδα μόνους· Πραξιτέλης δὲ πόθεν;

Εἰς

XIII. Eveni,

de eadem.

Ut Cnidiam videre Jovis ſoror atque Minerva,
Dixerunt: querimur non bene de Paride.

XIV. Ejusdem,

de eadem.

Primus in Idaeo conſpexit vertice paſtor
Illam, quae formae praemia ſumma tulit:
Praxiteles Cnidiis cerni dedit omnibus illam,
Seque operis teſtem dixit habere Parin.

XV. Antipatri, Sidonii,

de eadem.

Si Venerem videas hanc, quam Cnidos aſpera monſtrat,
Haec lapidem, dices, urere Diva poteſt.
Theſpiadum ſpectetur Amor tibi, non modo dices,
Hinc ignem capient ſaxa, ſed ipſe adamas.
Tales Praxiteles fecit, ſed ſepare ſede,
Flagrarent gemina ne face cuncta, Deos.

XVI. Ejusdem,

de eadem.

Me Paris, Anchiſes, me nudam vidit Adonis,
Tres modo. Praxiteles ille quis? unde venit?

Εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ εἰς τὴν
ἐν Ἀθήναις Ἀθηνᾶν.

Ἀφρογενοῦς Παφίης ζάθεον περιδέρκεο κάλλος,
Καὶ λέξεις, αἰνῶ τὸν Φρύγα τῆς κρίσεως·
Ἀτθίδα δερκόμενος πάλι Παλλάδα, τοῦτο βοήσεις,
Ὡς βούτης ὁ Πάρις τήνδε παρετρόχασεν.

ἙΡΜΟΔΩ´ΡΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὰν Κνιδίαν Κυθέρειαν ἰδὼν, ξένε, τοῦτό κεν εἴποις
Αὐτὰ καὶ θνατῶν ἄρχε καὶ ἀθανάτων.
Τὰν δ᾽ ἐνὶ Κεκροπίδαις δορυθαρσέα Παλλάδα λεύσσων,
Αὐδάσεις, ὄντως βουκόλος ἦν ὁ Πάρις.

ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτὴν Ἀφροδίτην ὡπλισμένην.

Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν, ὦ Κυθέρεια,
Ἐνδέδυσαι, κενὸν τοῦτο φέρουσα βάρος;
Αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δὲ λέλειπται
Καὶ Θεὸς, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις.

ἈΛΕΞΑ´ΝΔΡΟΥ, Α´ΙΤΩΛΟΥ,

Εἰς τὸ αὐτό.

Αὐτάν που τὰν Κύπριν ἀπηκριβώσατο Παλλὰς,
Τᾶς ἐπ᾽ Ἀλεξάνδρου λαθομένα κρίσιος.

ἸΟΥ

XVII. *De eadem & Minerva, quae eſt Athenis.*

Aetherium Paphiae decus aſpice, jam puto dices:
Subſcribo Phrygii judicis arbitrio.
Atthida ſed videas idem ſi Pallada, dices:
Hanc qui praeteriit, ruſticus ille fuit.

XVIII. HERMODORI, *de eadem.*

Clamabis, Cnidiam Venerem ſi videris, hoſpes,
Tu rege mortales, tu rege ſola Deos.
Pallada ſed videas, haſtam quae vibrat Athenis,
Dices, credo, Paris nil niſi paſtor erat.

XIX. LEONIDAE, *de Venere armata.*

Martis hic ornatus, cur hunc, Venus aurea, ſumis?
Cur corpus tenerum tam grave portat onus?
Exueris armis Martem cum nuda, Deorum
Major in humanum cur capis arma genus?

XX. ALEXANDRI, AETOLI, *ejusdem argumenti.*

Ipſa puto Venerem finxit doctiſſima Pallas,
Oblita Idaei judicis arbitrium.

XX.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ͂, ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου,

Εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον Ἀφροδίτην.

Αἰεὶ μὲν Κυθέρεια φέρειν δεδάηκε φαρέτρην,
Τόξα τε, καὶ δολιχῆς ἔργον ἐκηβολίης·
Αἰδομένη δ' ἄρα θεσμὰ μενεπτολέμοιο Λυκούργου
Φίλτρα φέρει Σπάρτῃ τεύχεσιν ἀγχεμάχοις.
Ὑμεῖς δ' ἐν θαλάμοισι Λακωνίδες, ὅπλα Κυθήρης
Ἀζόμεναι, παῖδας τίκτετε θαρσαλέους.

ἈΔΕ´ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Παλλὰς τὰν Κυθέρειαν ἔνοπλον εἶπεν ἰδοῦσα,
Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;
Ἡ δ' ἁπαλὸν γελάσασα, τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;

ἈΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Καὶ λίθος ὡς Παφίη θωρήξατο· ἢ τάχα μᾶλλον
Εἶδε λίθον Παφίη, καὶ ὤμοσεν ἤθελον εἶναι.

ΤΟΥ͂ ΑΥ´ΤΟΥ͂,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Καὶ Κύπρις Σπάρτας, οὐκ ἄστεσιν οἷά τ' ἐν ἄλλοις
Ἵδρυται, μαλακὰς ἑσσαμένα στολίδας·
Ἀλλὰ κατὰ κρατὸς μὲν ἔχει κόρυν ἀντὶ καλύπτρας,
Ἀντὶ δὲ χρυσείων ἀκρεμόνων κάμακα.
Οὐ γὰρ χρὴ τευχέων εἶναι δίχα τὰν παράκοιτιν
Θρακὸς Ἐνυαλίου, καὶ Λακεδαιμονίαν.

ΦΙ-

XXI. Juliani, Aegyptii,
ex genere praefectorum Augustalium,
de Venere armata, quae Spartae.

Illa Venus, pharetram quae ſemper amavit & arcum,
Et cita laſcivis illita tela dolis,
Horrida belligeri venerans nunc ſcita Lycurgi,
Talia, queis Spartae ſe probet, arma capit.
At colite in thalamis vos Cypridis arma Lacenae,
Surgat ut e veſtro corpore forte genus.

XXII. Incerti,
ejusdem argumenti.

Nuper ut armigeram Venerem Tritonia vidit,
Visne ad judicium rurſus eamus? ait:
Molle Venus ridens: quid me ſcutata laceſſis?
Vincere ſi potui nuda, quid arma tenens?

XXIII. Antipatri,
ejusdem argumenti.

Ut Venus armatur, ſic & lapis: aut Venus illum
Conſpiciens jurat talem ſe velle videri.

XXIV. Ejusdem,
de eadem.

Non Lacedaemoniis alias quo more per urbes
Conſpicitur molli tegmine culta Venus.
Pro vitta retinente comam ſtat vertice caſſis:
Pro rutila vallum dextera tractat acu.
Debuit haud aliter ſpectari ornata Gradivi
Treïcii conjux & Lacedaemonia.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Κύπρι φιλομμειδῆς, θαλαμηπόλε, τίς σε, μελιχρὴν
Δαίμονα, τοῖς πολέμων ἐςεφάνωσεν ὅπλοις;
Σοὶ Παιὰν φίλος ἦν, καὶ ὁ χρυσοκόμης Ὑμέναιος,
Καὶ λιγυρῶν αὐλῶν ἡδυμελεῖς Χάριτες·
Ἐς τί δὲ ταῦτ' ἐνέδυς ἀνδροκτόνα; μὴ θρασὺν Ἄρη
Συλήσασ' αὐχεῖς; Κύπρις ὅσον δύναται.

'ΑΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙ'ΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτὴν, ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάττης.

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάττης
Κύπριν, Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
Ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
Οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

'ΑΡΧΙ'ΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς
Τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν,
Καὶ τοίαν ἐτύπωσε διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ,
Θλίβουσαν θαλεραῖς χερσὶν ἔτι πλόκαμον.

ΔΗΜΟΚΡΙ'ΤΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Κύπρις, ὅτε ςαλάουσα κόμας ἁλιμυρέος ἀφροῦ,
Γυμνὴ πορφυρέου κύματος ἐξανέδυ,

Οὕτω

XXV. Philippi,

de eadem.

Riſibus & thalamis gaudens Venus, o Dea melle
Dulcior, haec belli quis dedit arma tibi?
At tibi cantus erat cordi variataque flatu
Lotus, & aurato crine ſuperbus Hymen:
Haec tu ſanguinolenta quid induis? exuviisne
Martis ovas? quid non tu Cytherea potes?

XXVI. Antipatri, Sidonii,

de Venere e mari emergente.

Maternis primum de fluctibus emergentem,
Cyprin Apellei cerne laboris opus:
Ut, manibus mulcens reſperſos aequore crines,
De madidis ſpumam cogit abire comis?
Non tibi de forma poſthac certabimus, ipſae
Dicant, ſi videant, nata ſororque Jovis.

XXVII. Archiae,

de eadem.

Fallimur an Venerem nudam ſpectavit Apelles,
Cum de caeruleo ſurgeret orta mari?
Sic illam pelagi pinxit de rore madentem,
Ecce comam tenera tergit utraque manu.

XXVIII. Democriti,

de eadem.

Nuda Venus pelagi primum cum ſurgeret undis,
Auratas ſpuma de maris uda comas;

Οὕτω που κατὰ λευκὰ παρήϊα χερσὶν ἑλοῦσα
Βόστρυχον, Αἰγαίην ἐξεπίεζεν ἅλα,
Στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ, καὶ θέμις. εἰ δὲ τοιήδε
Κείνη, συγχείσθω θυμὸς Ἐνυαλίου.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ, ἀπὸ ὑπάρχων,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Ἄρτι θαλασσαίης Παφίη προὔκυψε λοχείης,
Μαῖαν Ἀπελλαίην εὑραμένη παλάμην.
Ἀλλὰ τάχος γραφίδων ἀποχάζεο, μή σε δινήη
Ἀφρὸς ἀποστάζων θλιβομένων πλοκάμων.
Εἰ τοίη ποτὲ Κύπρις ἐγυμνώθη διὰ μῆλον,
Τὴν Τροίην ἀδίκως Παλλὰς ἐληΐσατο.

ΛΕΩΝΙ'ΔΟΥ, ΤΑΡΑΝΤΙ'ΝΟΥ,

Εἰς τὴν αὐτήν.

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι,
Ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλεχῆ Κύπριν,
Ἰδὼν Ἀπελλῆς κάλλος ἱμερώτατον,
Οὐ γραπτὸν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο.
Εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμην,
Εὖ δ' ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος,
Καὶ μαζὸς, ἀκμῆς ἄγγελος, κυδωνιᾷ.
Αὐτὰ δ' Ἀθάνα καὶ Διὸς συνευνέτις
Φάσουσιν, ὦ Ζεῦ, λειπόμεσθα τῇ κρίσει.

Εἰς ἄγαλμα Διονύσου πλησίον Ἀθηνᾶς ἑστῶς.

Εἰπὲ, τί σοι ξυνὸν καὶ Παλλάδι; τῇ γὰρ ἄκοντες
Καὶ πόλεμοι, παρὰ σοὶ δ' εὔαδον εἰλαπίναι.

Μὴ

Taliter Aegaeo ſiccavit ab aequore tractam
Caeſariem tenera pulchra per ora manu,
Exſtans uberibus qua fas tenus. hanc ita vel Mars
Si videat, ſubitus pectora turbet amor.

XXIX. Juliani,
ex genere Praefectorum Auguſtalium.
de eadem.

En Cytherea recens maris e genitalibus undis,
Lucinae ingenium fecit Apellis opus.
Sed cito te tabula remove, ne te irriget imbre
Quae pluit abſterſis ſpuma marina comis.
Si ſic nuda Venus ſtetit in certamine mali,
Troja quod interiit Pallas iniqua fuit.

XXX. Leonidae, Tarentini,
de eadem.

Adhuc ab ipſo matris orientem ſinu,
Adhuc ſtrepentem ſpumeo Cyprin ſalo
Videns Apelles, inditum formae decus,
Non aemulatus arte, ſed vivum dedit.
Videsne ſummis manibus ut ſtringat comam,
Micetque puris fulgurans oculis amor.
Matura tangi turgeant ut ubera?
Nunc ipſa dicat Pallas, & conjux Jovis:
Actum eſt, nec ultra, Juppiter, contendimus.

XXXI. *De Bacchi imagine, juxta Minervam ſtante.*

Quid tibi, Bacche, gravi cum Pallade? ſanguis & arma
Illi ſaeva placent: at tibi cura dapes.

Μὴ προπετῶς, ὦ ξεῖνε, Θεῶν πέρι τοῖα μετάλλα,
  Ἴσθι δ' ὅσοις ἴκελος Δαίμονι τῇδε πέλω.
Καὶ γάρ ἐμοὶ πολέμων φίλιον κλέος· οἶδεν ἅπας μοι
  Ἠῴου δμηθεὶς Ἰνδὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ.
Καὶ μερόπων δὲ Φυὴν ἐγεγήραμεν· ἡ μὲν, ἐλαίῃ,
  Αὐτὰρ ἐγὼ γλυκεροῖς βότρυσιν ἡμερίδος.
Καὶ μὴν οὐδ' ἐπ' ἐμοὶ μήτηρ ὠδῖνας ὑπέτλη,
  Λῦσα δ' ἐγὼ μηρὸν πάτριον· ἡ δὲ, κάρη.

ἈΝΤΙΠΆΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΊΟΥ,

Εἰς ἕτερον ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ.

Αὐσονίῳ Πείσωνι συνασπιστὴς Διόνυσος
  Ἵδρυμαι, μεγάρων φρουρὸς ἐπ' εὐτυχίῃ.
Ἄξιον, ὦ Διόνυσ', ἐσέβης δόμον· ἔπρεπεν ἄμφω,
  Καὶ μέγαρον Βάκχῳ, καὶ Βρόμιος μεγάρῳ.

Εἰς ἄγαλμα Διονύσου καὶ Ἡρακλέους.

Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταὶ,
  Κἠκ Ζηνός. θύρσῳ δεινός· ὁ δὲ, ῥοπάλῳ.
Ἀμφοῖν δὲ στῆλαι συντέρμονες, εἴκελα δ' ὅπλα,
  Νεβρὸς, λεοντῆ· κύμβαλα δὲ, πλατάγη.
Ἥρη δ' ἀμφοτέροις χαλεπὴ Θεός· οἱ δ' ἀπὸ γαίης
  Ἦλθον ἐς ἀθανάτους, ἐκ πυρὸς ἀμφότεροι.

ΞΕΝΟΚΡΆΤΟΥΣ,

Εἰς ἄγαλμα Ἑρμοῦ.

Ἑρμῆς ὠκὺς ἐγὼ κικλήσκομαι· ἀλλὰ παλαίστρῃ
  Μὴ κολοβὸν χειρῶν ἵστατε, μηδ' ἄποδα.

De Dis ne nimium propera cum differis, hoſpes:
 Huic ego ſum ſimilis plurima namque Deae.
Eſt mihi bellatrix etiam manus: India novit
 Edomita Eoi littus ad Oceani.
Munera mortali generi donavimus ambo,
 Illa oleam, placidae gaudia vitis ego.
Praeterea neque me matris peperere dolores;
 Ipſe Jovis ſolvi ſed femur, illa caput.

XXXII. Antipatri, Sidonii, *de altera Bacchi effigie.*

Piſonem Latium Bacchus comitatus ad arma
 Atria nunc ejus proſperitate beo.
Evie conſpiceris digna te ſede. decebat
 Iſta domus Bacchum, Bacchus & ipſe domum.

XXXIII. *De imagine Bacchi & Herculis.*

Ambo belligeri Thebarumque ambo propago
 Et Jovis: hic clavam, thyrſon at ille gerit.
Vicini effigie, cultus paris: hunc leo veſtit,
 Hunc nebris: hic crotalo ludit, hic aera crepat.
Juno potens utrique gravis Dea, venit uterque
 Ad ſuperos: ignis fecit utrique viam.

XXXIV. Xenocratis, *de Mercurii imagine.*

Mercurius velox nomen mihi. quaeſo palaeſtra
 Ne me orbum manuum ponite, neve pedum.

Nam

Ἢ πῶς ὠκὺς ἐγώ; πῶς δ' ὄρθια χειρονομήσω,
Ἐς βάσιν ἀμφοτέρων ὄρφανος ἱςάμενος;

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἑρμέῃ ξυλίνῳ τὶς ἐπηύχετο, καὶ ξύλον ἦεν·
Εἶτά μιν ἀείρας χαμάδις βάλε. τοῦ δ' ἀπὸ χρυσὸς
Ἔῤῥευσεν καταγέντος. ὕβρις πόρε πολλάκι κέρδος.

ΝΙΚΙ΄ΟΥ,

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Εἰνοσίφυλλον ὄρος Κυλλήνιον αἰπὺ λελογχὼς,
Τῇδ' ἕςηκ' ἐρατοῦ γυμνασίου μεδέων,
Ἑρμῆς. ᾧ ἔπι παῖδες ἀμάρατον, ἠδ' ὑάκινθον
Πολλάκι, καὶ θαλεροὺς θῆκαν ἴων ςεφάνους.

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Φρουρὸς ἐπὶ σμήνεσσι, Περιςράτου εἵνεκα, μίμνω
Ἐνθάδε, Μαιναλίαν κλιτὺν ἀποπρολιπών,
Κλῶπα μελισσάων δεδοκημένος. ἀλλ' ἀλέασθε
Χεῖρα, καὶ ἀγροτέρου κοῦφον ὄρεγμα ποδός.

ΛΕΩΝΙ΄ΔΟΥ,

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Τᾶν αἰγῶν ὁ νομεὺς Μόριχος τὸν ἐπίσκοπον Ἑρμᾶν
Ἔςασ' αἰπολίων εὐδόκιμον φύλακα.
Ἀλλά μοι αἶτ' ἀν' ὄρη χλωρᾶς κεκορεσμέναι ὕλας,
Τοῦγ' ἁρπακτῆρος μήτι μέλεσθε λύκου.

NI-

Nam mihi ſi partes illinc tollatis, & iſthinc,
  Quomodo ero velox, quomodo chironomon?

XXXV. *De eodem.*

Mercurium ex ligno vir adit prece; nil niſi lignum
Ille erat: in terram vi magna dejicit: aurum
Profluit e fracto. dat ſaepe injuria lucrum.

XXXVI. NICIAE,
de altera ejusdem imagine.

Qui juga frondiferae Cyllenes poſſidet, hujus
  Gymnaſii cuſtos nunc amat eſſe Deus.
Saepe illi a pueris vaccinia, ſaepe amarantos,
  Nexaque de violis ſaepe corona venit.

XXXVII. *De altera ejusdem imagine.*

Maenala cur linquam, mihi cauſa Periſtratus; ejus
  Hic mea tutatur cura fidelis opes:
Obſervo fures examinis: ite, manusque
  Hinc avidas, tacitos & removete pedes.

XXXVIII. LEONIDAE,
de Ejusdem altera.

Arcas ego appoſitus cuſtos uxoribus hirci,
  Sto Morichi vigilans ante caprile Deus,
Ite per hos montes & vos ſatiate capellae,
  Nec rabidos ulla parte timete lupos.

ΝΙΚΑΙΝΕ'ΤΟΥ,

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτόθεν ὀστράκινόν με καὶ ἐν ποσὶ γήϊνον Ἑρμῆν
Ἔπλασεν ἀψῖδος κύκλος ἑλισσόμενος.
Πηλὸς ἐφυράθην· οὐ ψεύσομαι. ἀλλ' ἐφίλησα,
Ὦ ξεῖν', ὀστρακέων δύσμορον ἐργασίην.

'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ λῷστε, μὴ νόμιζε τῶν πολλῶν ἕνα
Ἑρμᾶν θεωρεῖν· εἰμὶ γὰρ τέχνα Σκόπα.

ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ,

Εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ ἐν κήπῳ.

Κράμβης ἅψωμαι, Κυλλήνιε; μὴ, παροδῖτα.
Τίς φθόνος ἐκ λαχάνων; οὐ φθόνος, ἀλλὰ νόμος
Ἀλλοτρίων ἀπέχειν κλοπίμους χέρας. ὢ παραδόξου,
Μὴ κλέπτειν Ἑρμῆς καινὸν ἔθηκε νόμον.

Εἰς Ἑρμαφρόδιτον ἐν λουτρῷ ἱστάμενον.

Ἀνδράσιν Ἑρμῆς εἰμὶ, γυναιξὶ δὲ Κύπρις ὁρῶμαι·
Ἀμφοτέρων δὲ φέρω σύμβολά μοι τοκέων.
Τοὔνεκεν οὐκ ἀλόγως με τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἔθεντο
Ἀνδρογύνοις λουτροῖς, παῖδα τὸν ἀμφίβολον.

Εἰς ἄγαλμα Ἔρωτος.

Χάλκεόν τις Ἔρωτα μετήγαγεν ἐκ πυρὸς εἰς πῦρ,
Τήγανον ἁρμόζων τῇ κολάσει κόλασιν.

XXXIX. NICAENETI,
de ejusdem altera effigie.

Me revoluta ſuum figuli rota finxit in orbem,
Caetera de teſta membra, lutoque pedes.
Terra ſubacta manu ſum: non nego: ſed mihi gratus
Ante alios turbae pauperis iſte labor

XL. INCERTI,
de altera ejusdem.

Ne me intuens, amice, Mercurium puta,
De plebe. docta me Scopae fecit manus.

XLI. PHILIPPI,
de altera ejusdem effigie in horto.

Arripio cramben, Cyllenie: parce viator:
Quae, precor, invidia eſt? non vetat invidia,
Sed lex, alterius rem tangere. lex nova, quam fert
Mercurius, furto vivere ne liceat.

XLII. *De Hermaphrodito in balneo ſtante.*

Femineo Cytherea gregi, Cyllenius idem
Sum maribus: matris ſigna patrisque gero.
Haec igitur, pariter queis ſexus uterque lavatur,
Balnea jure bono ſervo puella puer.

XLIII. *De Amoris effigie.*

Factus ſartago eſt amor aeneus: ignis ut ignem
Nunc ferat: haec poenae poena reperta placet.

ΣΑΤΥΡΟΥ,

Εἰς ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ δεδεμένου.

Τὸν πτερόεντα τίς ὧδε, τίς ἐν δεσμοῖσι θοὸν πῦρ
 Ὤχμασεν; αἰθομένης ἥψατο τίς φαρέτρης;
Καὶ τὰς ὠκυβόλους περιηγέας ἐσφήκωσε
 Χεῖρας, ὑπὸ στιβαρῷ κίονι δησάμενος;
Ψυχρὰ τάδ᾽ ἀνθρώποις παραμύθια. μήποτ᾽ ἐκείνου
 Οὗτος ὁ δεσμώτης αὐτὸς ἔδησε φρένα;

᾿ΑΛΚΑΙΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς σε τὸν οὐχ ὁσίως ἠγρευμένον ὧδε πεδήσας
 Θήκατο; τίς πλέγδην σὰς ἐνέδησε χέρας;
Καὶ πιναρὰν ὄψιν τεχνήνατο; ποῦ θοὰ τόξα,
 Νήπιε, ποῦ πικρὴ πυρφόρος ἰοδόκη;
Ἦ ῥα μάτην ἐπόνησε λιθοξόος, ὅς σε, τὸν οἴστρῳ
 Κυμήναντα θεοὺς, τῇδ᾽ ἐνέδησε πάγῃ.

᾿ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς δισσὰς παλάμας πρὸς κίονα δῆσεν ἀφύκτοις
 Ἅμμασι; τίς πυρὶ πῦρ, καὶ δόλον εἷλε δόλῳ;
Νήπιε, μὴ δὴ δάκρυ κατὰ γλυκεροῖο προσώπου
 Βάλλε· σὺ γὰρ τέρπῃ δάκρυσιν ἠϊθέων.

ΜΑΙΚΙΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Κλαῖε δυσεκφύκτως σφιγχθεὶς χέρας, ἄκριτε Δαῖμον,
 Κλαῖε μάλα, στάζων ψυχοτακῆ δάκρυα,

Σα·

XLIV. Satyri,

de ejusdem vincti effigie.

Ede quis aligerum vinclis compeſcuit ignem;
Cujus praeda flagrans illa pharetra fuit?
Stringere quis potuit duraeque annectere pilae,
Vulnera felices tam dare certa manus?
O miſeros hominum luſus. ipſius ab iſto
Captivo artificis mens, puto, capta fuit.

XLV. Alcaei,

de eodem.

Quis male te captum tam dura compede preſſit,
Traxit & implicitas in ſua vincla manus?
Ora tibi fecit quis ſordida? nunc ubi velox
Arcus, & ex igni tela pharetra ferens?
An potius ſtultus faber eſt, qui corda Deorum
Fraenanti puero talia fraena dedit?

XLVI. Antipatri,

de eodem.

Quis rigidis vinxit palmas ad marmora nodis,
Ignem ipſum capiens igne, dolumque dolo?
Parve, genas lachrymis pulchras perfundere noli,
Cui juvenum lachrymae gaudia ſemper erant.

XLVII. Marcii,

de eodem.

Fle, maleſane Deus, ſtringunt quia vincula palmas,
Fle puer, atque animum plurima gutta liquet:

 Per-

Σωφροσύνας ὑβριστὰ, φρενοκλόπε, ληστὰ λογισμοῦ,
Πτηνὸν ψυχᾶς πῦρ, τραῦμ' ἀόρατον, Ἔρως.
Θνατοῖς μὲν λύσις ἐστὶ γόων ὁ σὸς, ἄκριτε, δεσμός·
Ὦ σφιγχθεὶς κωφοῖς πέμπε λιτὰς ἀνέμοις.
Ὃν δὲ βροτοῖς ἀφύλακτος ἐνέφλεγες ἐν φρεσὶ πυρσὸν,
Ἄθρει νῦν ὑπὸ σῶν σβεννύμενον δακρύων.

ΚΡΙΝΑΓΟ'ΡΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ κλαῖε, καὶ στέναζε, συσφίγγων χεροῖν
Τένοντας· ὦ 'πίβουλε, τοῖά τοι πρέπει.
Οὐκ ἔσθ' ὁ λύσων· μὴ 'λεεῖν ὑπόβλεπε·
Αὐτὸς γὰρ ἄλλων, ἐκ μὲν ὀμμάτων δάκρυ
Ἔθλιψας, ἐν δὲ πικρὰ καρδίᾳ βέλη
Πῆξας, ἀφύκτων ἰὸν ἔσταξας πόθων,
Ἔρως· τὰ θνητῶν δ' ἐστὶ σοὶ γέλως ἄχη.
Πέπονθας οἷ' ἔρεξας. ἐσθλὸν ἡ δίκη.

ΜΟ'ΣΧΟΥ,

Εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα.

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον
Οὖλος Ἔρως, πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην.
Καὶ ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων,
Ἔσπειρε Δηοῦς αὔλακα πυροφόρον.
Εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διῒ, πρῆσον ἀρούρας,
Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

ΜΑΡΙΑ'ΝΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

Εἰς Ἔρωτα ἐστεφανωμένον.

Ποῦ σοι τόξον ἐκεῖνο παλίντονον, οἵ τ' ἀπὸ σεῖο
Πηγνύμενοι μεσάτην ἐς κραδίην δόνακες;

Ποῦ

Pernities morum, mentis latro, conſilii fur,
  Vulnus inaſpicuum, penniger ignis, Amor.
Non captus genus omne malis mortale levabis;
  Surdis ergo notis ſtans ibi funde preces.
Quam, cum liber eras, flammaſti in pectore noſtro,
  Extingui lachrymis, improbe cerne facem.

XLVIII. Crinagorae,
argumenti ejusdem.

Emitte fletus & geme & torque manus:
Sunt digna factis iſta, fraudator, tuis.
Tuêre quamvis triſte, te nemo eruet.
Tu namque multis excitaſti lachrymas
Ex ore, multis tela fixiſti fera
In corde, miſcens virus inſanabile,
Cupido, ridens in malis mortalium,
Quae perpetraſti patere. jus, res optima eſt.

XLIX. Moschi,
de Cupidine arante.

Rus petiit poſitis arcu facibusque Cupido:
  Virga manu: tergo pendula pera fuit.
Hoc habitu ſulcos glebae Cerealis arabat,
  Gnavus, agens domitos ſub juga curva boves:
Reſpiciensque Jovem: terras, ait, ignibus ure,
Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω·
Εἰ δ' αὖ μὴ Θεός ἐστι, νομιζέσθω Θεὸς εἶναι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εὗρε Φύσις, μόλις εὗρε· τεκοῦσα δ' ἐπαύσατο μόχθων,
Εἰς ἕνα μοῦσαν Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς ποθ' Ὁμηρείης μεγάλης ὀπός ἐστιν ἀπευθής;
Τίς χθὼν, τίς δὲ θάλαττα μάχην οὐκ οἶδεν Ἀχαιῶν;
Δῆμος ὁ Κιμμερίων, πανδερκέος ἄμμορος αἴγλης
Ἠελίου, Τροίης ὄνομ' ἔκλυεν· ἔκλυεν Ἄτλας
Οὐρανὸν εὐρύστερνον ἔχων ἐπικείμενον ὤμοις.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Διεξιὼν, Ὅμηρε, τὴν κεκαυμένην
Φθονεῖν ἀφῆκας τὰς ἀπορθήτους πόλεις.

'AN-

Non doceo. quare? ſi verum ſabor, habebo
Oppida, quae reſtant, ſemper iniqua mihi.

IX. *De eodem.*

Ibit, Homere, tuum nomen per ſaecula: quippe
Coeleſtis Muſae gloria prima tua eſt.
Pelidae celebrata tibi gravis ira, notoque
Disjectae Danaûm per freta ſaeva rates,
Et vafer immenſis erroribus actus Ulyſſes,
Penelope viduum reſpiciente torum.

X. *De eodem.*

Si Deus eſt, quo more Deos, veneremur Homerum:
Et ſi non Deus ille, tamen Deus eſſe putetur.

XI. *De eodem.*

Vix natura, tamen reperit, finemque laborum
Fecit, & in magno vires conſumpſit Homero.

XII. *De eodem.*

Quem non perſonuit vox immortalis Homeri?
Quod mare, quae tellus pugnas ignorat Achivûm?
Obſita perpetua caligine Cimmeriûm gens
Nomen, Troja, tuum tamen audiit: audiit Atlas,
Aetherium vaſtis qui fert cervicibus axem.

XIII. *De eodem.*

Homere flammas dum canis Trojae, facis
Non capta captis invidere moenia.

XIV.

᾿ΑΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ,
Εἰς εἰκόνα Πινδάρου.

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν,
Τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκραγε σεῖο χέλυς.
Οὐδὲ μάτην ἁπαλοῖς ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς
Ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλι.
Μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις Θεὸς, ὕμνον ἀείσας
Τὸν σέο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

ΚΥ´ΡΟΥ ἀπὸ ὑπάτων,
Εἰς τὸν αὐτόν.

Πίνδαρον ἱμερόεντα παρ᾽ ὕδασι Κῦρος ἐγείρει,
Οὕνεκα φορμίζων εἶπεν, ἄριστον ὕδωρ.

ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ, ΤΑΡΑΝΤΙ´ΝΟΥ,
Εἰς ᾿Ανακρέοντα.

Πρέσβυν ᾿Ανακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
Θάεο, δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου,
Ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ᾽ ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκὼς,
Ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν.
Δισσῶν δ᾽ ἀρβυλίδων τὰν μὲν μίαν, οἷα μεθυπλὴξ,
Ὤλεσεν, ἐν δ᾽ ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.
Μέλπει δ᾽ ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγιστὰν,
Αἰωρῶν παλάμᾳ τὰν δυσέρωτα χέλυν.
᾿Αλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν᾽ οὐ γὰρ ἔοικεν
᾿Εκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.

ΛΕΩΝΙ´ΔΟΥ.

Ἴδ᾽ ὡς ὁ πρέσβυς ἐκ μέθης ᾿Ανακρέων
Ὑποσκέλισται, καὶ τὸ λῶπος ἕλκεται

᾿Ες

XIV. Antipatri,

de Imagine Pindari.

Tantum victa tuae quaevis chelys altera cedit,
  Quantum ex hinnuleo tibia facta tubae.
Nec fruſtra in teneris examen dulce labellis
  Sedit & affudit, Pindare, mella tibi.
Corniger Arcadiae teſtis Deus, is tua namque
  Carmina depoſitis cantat arundinibus.

XV. Cyri, Consularis,

de eodem.

Pindaron appoſuit Cyrus fluvialibus undis
  Quod citharam pulſans, optima, dixit, aqua.

XVI. Leonidae, Tarentini,

de Anacreonte.

En ut Anacreion menſae ſe verſet ad orbem,
  Jactatus multo turgida membra mero:
Luminibus madidis ut & huc tueatur & illuc,
  Et veſtem talos detrahat usque ſibi.
De geminis domino periit jam calceus alter,
  Altera rugoſum claudit aluta pedem.
Ipſe gravis capta teſtudine deflet amores,
  Sive Bathylleos, ſive Megiſteïcos.
Lapſantem, Lenaee, tene, rogo: nam ſit iniquum,
  Si Bromii famulus concidat ob Bromium.

XVII. Leonidae.

Anacreonta cernis, ut victus mero,
Senex vacillat, & ſibi veſtem trahit

Ἐς ἄχρι γυίων. τῶν δὲ βλαυτίων τὸ μὲν
Ὅμως φυλάσσει, θάτερον δ' ἀπώλεσεν.
Μελίσδεται δὲ τὰν χέλυν διακρέκων
Ἤτοι Βάθυλλον ἢ καλὸν Μεγιστέα.
Φύλασσε, Βάκχε, τὸν γέροντα, μὴ πέσῃ.

ΕΥΓΕΝΟΥΣ.

Τὸν τοῖς μελιχροῖς Ἱμέροισι σύντροφον
Λυαῖ', Ἀνακρέοντα, Τήϊον κύκνον,
Ἔσφηλας ὑγρῇ νέκταρος μεληδόνι.
Λοξὸν γὰρ αὐτοῦ βλέμμα, καὶ περὶ σφυροῖς
Ῥιφθεῖσα λώπευς πέζα, καὶ μονοζυγὲς
Μέθην ἐλέγχει σάνδαλον· χέλυς δ' ὅμως
Τὸν εἰς ἔρωτας ὕμνον ἀθροΐζεται.
Ἀπτῶτα τήρει τὸν γέραιον, Εὔιε.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τήϊον ἀμφοτέρων με βλέπεις ἀκόρεστον ἐρώτων
Πρέσβυν, ἴσον κούροις, ἴσον ἀδόντα κόραις·
Ὄμμα δέ μευ Βρομίῳ βεβαρημένον, ἠδ' ἀπὸ κόμαν
Τερπνὰ Φιλαγρύπνων σήματα παννυχίδων.

ΔΑΜΟΧΑΡΙΔΟΣ,

Εἰς εἰκόνα Σαπφοῦς.

Αὐτή σοι πλάστειρα φύσις παρέδωκε τυπῶσαι
Τὴν Μιτυληναίαν, ζωγράφε, Πιερίδα.
Πηγάζει τὰ διαυγὲς ἐν ὄμμασι· τοῦτο δ' ἐναργῶς
Δηλοῖ φαντασίην ἔμπλεων εὐστοχίης·

Pedes ad imos: alterum de calceis
Adhuc retentat, alterum jam perdidit.
Manuque tractans ebria teſtudinem
Pulchrum Bathyllum cantat aut Megiſtea.
At tu, Lyaee, ne cadat, ſerva ſenem.

XVIII. Eugenis.

Blandum ſodalem dulcium Cupidinum
Anacreonta, Bacche, Cycnum Teïum
Tui ſubegit nectaris fallax liquor.
Aſpectus ille limus, & veſtis pedes
Dejecta ad imos, unicusque calceus
Satis loquuntur ebrium. ſed ſic quoque
Cantare amores docta non ceſſat chelys.
Tu, ne cadat, Lyaee, cuſtodi ſenem.

XIX. Incerti,

de eodem.

Teïus acceptus pueris, gratusque puellis
Ille ego ſum, numquam feſſus amore ſenex.
Cerne graves oculos Bacchi de nectare, cerne
Quas dedit in choreis nox vigilata notas.

XX. Damocharidis,

de Imagine Sapphûs.

Quae finxit natura tibi dedit ipſa figuram
Pictor, Pieridis quam Mitylena tulit.
Nam lux ex oculis quae manat vivida pulchris
Ingenium gravidum ſenſibus eſſe docet.

Αὐτομάτως δ' ὁμαλή τε καὶ οὐ περίεργα λιπῶσα
Σὰρξ ὑποδεικνυμένην τὴν ἀφέλειαν ἔχει.
Ἄμμιγα δ' ἐξ ἱλαροῖο καὶ ἐκ νοτεροῖο προσώπου
Μοῦσαν ἀπαγγέλλει Κύπριδι μιγνυμένην.

ΖΗΝΟΒΙΟΥ, ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Γραμματικοῦ.

Αὐτὴν Γραμματικὴν ὁ ζωγράφος ἤθελε γράψαι,
Βίκτορα δὲ γράψας, τὸν σκοπὸν, εἶπεν, ἔχω.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Ἡσιόδου.

Αὐταί ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι
Ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν, Ἡσίοδε,
Καί σοι καλλιπέτηλον, ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι,
Ὤρεξαν δάφνης ἱερὸν ἀκρέμονα·
Δῶκαν δὲ κρήνης Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ,
Τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ.
Οὗ σὺ κορεσσάμενος, μακάρων γένος, ἔργα τε μολπαῖς
Καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

Εἰς Ὀππιανόν.

Ὀππιανὸς σελίδεσσιν ἀλίπλοα φῦλα συνάψας
Θήκατο πᾶσι νέοις ὄψον ἀπειρέσιον.

ΑΔΗΛΟΝ.

Καλλιόπη βασίλεια Γεώργιον εἶπεν ἰδοῦσα,
Οὗτος ἐμὸς γενέτης γνήσιος, οὐ Κρονίδης.

ΑΔΗ-

Quod caro non turget, planis ſed partibus aequa eſt,
  Simplicitas hac eſt ſignificata nota.
Quique hilaris vultus ſimul eſt, ſimul humidus, una
  Vivere in hac Muſas nuntiat & Venerem.

XXI. Zenobii, Grammatici,
de Victoris Grammatici effigie.

Grammaticam cuperet pictor cum pingere, pinxit
  Te, Victor, dicens, quod volo nunc habeo.

XXII. Asclepiadae,
de Imagine Heſiodi.

Ipſae te media viderunt luce Camoenae,
  Heſiode, in ſummo paſcere monte pecus.
Carpentesque ſacra Daphnes ex arbore ramum
  Veſtitum viridi fronde dedere tibi,
Sedaruntque ſitim poclis Heliconidos undae,
  Ungula quam fodit dura velocis equi.
Unde ſatur ſuperûmque genus, rurisque labores,
  Priſcaque ſemideûm fortia facta canis.

XXIII. *De Oppiano.*

Innumera ad juvenum perfert obſonia menſas
  Oppianus, cantans corpora nata mari.

XXIV. Incerti.

Spectans Calliope regina Georgion, infit:
  De Jove nil credo: nam meus hic pater eſt.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης
  Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἐρεισάμεναι,
Ἔνθα καλὸν στήσασθε Θεῇ χορόν· ὔμμι δ' ἀπάρξει
  Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην.
Ὄλβιαι ὀρχηθμοῦ πολυγηθέος· ἦ γλυκὺν ὕμνον
  Εἰσαΐειν αὐτῆς δόξετε Καλλιόπης.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΚΗ'.

Εἰς Πόλεις.

'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς Ἡράκλειαν τὴν Πόντου.

Εἰ πόλιν Ἡρακλῆος ὁμώνυμον οἶσθα καὶ ἄλλην,
  Ἴσθι με τὴν Πόντου μηδὲν ἀτιμοτέρην.

'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς μῶλον ἐν Σμύρνῃ τῇ θαλάττῃ
ἐπικείμενον, ἐν ᾧ καὶ ὑδρεῖον.

Τίς βύθον ἠπείρωσε; τίς ἐν ῥοθίοισιν ἔτευξεν
  Ἀκτὴν ἀμφιρύτην λάεσι μαρμαρέοις;
Τίς δ' ἐνὶ κύμασι τεῦξε ποτὸν πλωτῆρας ἀφύσσειν,
  Αὐτῶν ἐκ νηῶν χερσὶν ἀρυομένους;
Οὗτος ὁ ποικιλόμητις ἀνὴρ Βενέτιος ἀμύμων,
  Κτίσμασι νικήσας Θησέα καὶ Πέλοπα.

Εἰς Φάρον ἐν τῇ αὐτῇ.

Τίς τόσον ἔργον ἔτευξε; τίς ἡ πόλις; ἢ τὸ γέρας, τί;
  Ἀμβρόσιος Μυλασεὺς τὸν Φάρον Ἀνθύπατος.

XXV. Incerti.

Lesbides ite ſimul dominae Junonis ad aram:
Suſpenſo tenerae molliter ite gradu:
Docta chorum vobis ſacrata per atria Sappho
Inchoet, aurata conſpicienda lyra.
Hac duce gaudentes ſaltate: videbitur ipſa
Edere mellitos Calliopea ſonos.

TITULUS XXVIII.

de Urbibus.

I. Incerti,

de Heraclea Ponti.

Herculei ſi quas noviſti nominis urbes,
His ego ſum nulla Pontica parte minor.

II. Incerti,

de mole ad Smyrnam mari injecta, in qua eſt aquatio.

Quis ſolidum ſtatuit mare? quis de marmore fecit
Pulſatum vitreo littus utrimque ſalo?
Quis dedit ut ſalſis dulces in fluctibus undas
Hauriret manibus de rate nauta ſua?
Maximus ingenii Veneto vir nomine dictus,
Laude operum Theſeus quo minor atque Pelops.

III. *De Pharo in eadem urbe.*

Quis Pharon hanc fecit, cujas, quo clarus honore?
Proconſul Mulaſis editus Ambroſius.

IV.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς Φάρον Ἀλεξανδρείας.

Πύργος ἐγὼ ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
Εἰμὶ, Ποσειδάωνος ἀπενθέα πυρσὸν ἀνάπτων,
Καί με πεσεῖν μέλλοντα βαρυγδούποισιν ἀήταις
Στῆσεν ἑοῖς καμάτοις Ἀμμώνιος, ὃς βασιλῆος
Ἐστὶ πατήρ· κείνῳ δὲ μετ᾽ ἄγρια κύματα ναῦται
Χεῖρας ἀερτάζουσιν, ἅ τε κλυτῷ Ἐννοσιγαίῳ.

Εἰς τὸν αὐτὸν, ἐν Σμύρνῃ.

Μηκέτι δειμαίνοντες ἀμεμφέα νυκτὸς ὁμίχλην,
Εἰς ἐμὲ θαρσαλέως πλώετε ποντοπόροι·
Πᾶσιν ἀλωομένοις τηλαυγέα δαλὸν ἀνάπτω,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν μνημοσύνην καμάτων.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

ἐν Ἄσσῳ.

Πᾶσα μὲν Ἀξιόχῳ πόλις εὔχεται· ἄλλο γὰρ ἄλλης
Πῆμα παραστείχων, ὡς Θεὸς, ἠκέσατο.
Ἔξοχα δὲ κραναῇ ῥόον ὕδατος ὤπασεν Ἄσσῳ,
Πολλῶν πετράων σκληρὰ μέτωπα τεμών.
Μηκέτι φεύγετε πάντες ἀποπροθέοντες ὁδῖται,
Πλημμύρω ψυχροῖς ὕδασιν Ἀξιόχου.

Εἰς τὴν Εὐγενίου πύλην,
ἐν Βυζαντίῳ.

Οὗτος Ἰουλιανὸς λαοσσόα τείχεα πήξας,
Στῆσε τρόπαιον, ἑῆς σύμβολον ἀγρυπνίης,
Σφάζειν ἀντιβίους ἐχθροὺς ἀπάνευθε μενοινῶν,
Ἢ προπάροιθε κροτεῖν τῆς πόλεως πολέμους.

IV. Incerti,

de Pharo Alexandriae.

Auxilium turris pelago palantibus adſto,
Nocturnasque faces Neptunia lumina tollo;
Quam, prope cum ruerem ventis agitata, refecit
Principis ille parens Ammonius; illius ingens
Sum labor: attollunt reduces de fluctibus illi,
Ut Jovis aequoreo fratri, ſua brachia nautae.

V. *De Pharo, Smyrnae.*

Ne tenebras noctis poſthac horreſcite nautae:
In me ſecurum tendite puppis iter.
Namque ego Phoebigenae monumentum illuſtre nepotum
Claram jactatis per mare tollo facem.

VI. Incerti,

de Aſſo.

Nulla urbs Axiocho ſe non debere fatetur,
Multa levat multis dum mala, more Dei.
Eximium eſt ſiccae lymphas quod praeſtitit Aſſo,
Dum rigida in celſo vertice ſaxa ſecat.
Ne fugias, qui carpis iter, mea moenia poſthac;
Nam ſcateo gelidis roribus Axiochi.

VII. *De Eugenii Porta, quae Byzantii.*

Julianus populum tutantia moenia fecit:
Pervigilis curae clara trophaea vides.
Hic illi labor omnis, ut aut necet eminus hoſtes,
Aut procul armorum pellit ab urbe minas.

Εἰς τὴν ἁψῖδα ἐν τῇ Βασιλικῇ, ἐν Βυζαντίῳ.

Τετραπόροις ἁψῖσι πόλιν Θεόδωρος ἐγείρας,
Ἄξιός ἐστι πόλιν καὶ τέτρατον ἡνιοχεύειν.

Εἰς τὸ ἕτερον μέρος τῆς αὐτῆς ἁψῖδος.

Ἔπρεπέ σοι, Θεόδωρε, Τύχης εὐκίονα νηὸν
  Ἔργου κοσμῆσαι θαύμασι τοσσατίου,
Δῶρά τε κυδήεντα πορεῖν χρυσάσπιδι Ῥώμῃ,
  Ἥ σ' ὕπατον τεῦξεν, καὶ τρισέπαρχον ὁρᾷ.

Εἰς τὴν Μόψου ἑστίαν.

Μόψου τήνδ' ἐσορᾷς κλεινὴν πόλιν, ἥν ποτε μάντις
  Δείματο τῷ ποταμῷ κάλλος ὑπερκρεμάσας.

ἌΔΗΛΟΝ.

Τήκει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος· ἀλλ' ἀρετάων
  Ἀσκληπιοδότου τὸ κλέος ἀθάνατον.
Ὅσσα καὶ οἷα πόρεν γέρα πατρίδι· τοῖς ἐπὶ πᾶσι
  Καὶ τόδε μετρείσθω κοῖλον ἔρεισμα θόλου.

Εἰς πύλην τὴν ἐπιλεγομένην Ξυλακέρκου, ἐν Βυζαντίῳ.

Θευδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ, καὶ ὕπαρχος Ἑῴας
Κωνσταντῖνος ἔτευξαν ἐν ἤμασιν ἑξήκοντα.

Εἰς τὴν πύλην τοῦ Ῥηγίου, ἐν Βυζαντίῳ.

Ἤμασιν ἑξήκοντα φιλοσκήπτρῳ βασιλῆϊ
Κωνσταντῖνος ὕπαρχος ἐδείματο τείχεϊ τεῖχος.

Εἰς

VIII. *De fornice Baſilicae, quae in Byzantio.*

Arcubus exornans Theodorus quattuor urbem,
Urbis ob hoc quartum moderari frena meretur.

IX. *De altera parte fornicis ejusdem.*

Fortunae quod templa facis conſiſtere mira
Fornice, quod decuit te, Theodore, facis.
Conſul & impoſita mundo ter rector in urbe
Solus eras dignus talia dona dare.

X. *De Mopſueſtia.*

Fatidico ſpectas haec condita moenia Mopſo,
Aeternum fluvio qui decus impoſuit.

XI. Incerti.

Longa dies lapides terit. at virtute parata
Aſclepiodoto gloria morte caret:
Qui patriae tot dona ſuae dedit, in quibus eſt hic
Qui ſe convexo ſuſtinet orbe tholus.

XII. *De porta, quae eſt Byzantii, dicta Xylocerco.*

Theudoſius princeps & Conſtantinus Eoi
Rector opus decies ſex hoc fecere diebus.

XIII. *De porta Rhegii, quae eſt Byzantii.*

Praefectus decies ſex, rege jubente, diebus
Moenibus haec ſtruxit nova moenia Conſtantinus.

Εἰς τὴν πύλην τοῦ Ἄργους.

Τήνδε πύλην λάεσσιν εὐξέστοις ἀραρυῖαν,
Ἀμφότερον, κόσμον τε πάτρῃ, καὶ θάμβος ὁδίταις,
Τεῦξε Κλέης, Κλεάδης ἀγανῆς πόσις εὐπατερείης,
Λερναίων ἀδύτων περιώσιος ἀργυροφάντης,
Τερπόμενος δώροισιν ἀγασθενέων βασιλήων.

ἈΓΑΘΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

Εἰς τὰ Σωτήρια ἐν Σμύρνῃ.

Πᾶν τὸ βροτῶν σπατάλημα, καὶ ἡ πολύολβος ἐδωδὴ,
Ἐνθάδε κρινομένη, τὴν πρὶν ὄλεσσε χάριν.
Οἱ γὰρ Φασσιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵθ᾽ ὑπὲρ ἴγδιν
Τρίψιες, ἥ τε τόση βρώματος ἐξαπάτη,
Γίγνεται ἐνθάδε κόπρος. ἀποσσεύει δ᾽ ἄρα γαστὴρ
Ὁππόσα πειναλέη δέξατο λαυκανίη.
Ὀψὲ δὲ γιγνώσκει τὶς, ὅτ᾽ ἄφρονα μῆτιν ἀείρας
Χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐπρίατο.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,

Εἰς τὰ αὐτά.

Τί στενάχεις κεφαλὴν κεκακωμένος; ἐς τί δὲ πικρὰ
Οἰμώζεις, μελέων πάγχυ βαρυνομένων;
Ἐς τί δὲ γαστέρα σεῖο ῥαπίσμασιν ἀμφιπατάσσεις,
Ἐκθλίψαι δοκέων μάσταχος ἐργασίην;
Μόχθων τοσσατίων οὔ σοι χρέος, εἰ παρὰ δαιτὶ
Μὴ τοῦ ἀναγκαίου πουλὺ παρεξετάθης.
Ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν στιβάδος φρονέεις μέγα, καὶ στόμα τέρπεις
Βρώμασιν, εὐτυχίην κεῖνα λογιζόμενος·

Ἐν-

XIV. *De Porta urbis Argivae.*

Hanc, quae ſtructa nitet de ſaxis porta ſuperbis,
Grande decus patriae, cujus ſtupet advena formam,
Conſtituit Cleadis pulchrae claraeque maritus
Ille Clees, Lernae ſervans penetrale ſacerdos,
Uſus in hoc multo magnorum munere regum.

XV. Agathiae, Oratoris, *de Soteriis ſub urbem Smyrnae.*

Ille hominum luxus, magnis ſtans cenſibus eſca,
  Huc venit, hîc ejus gratia tota perit.
Phaſiacae volucres, piſces tucetaque craſſa,
  Totque alia inſidias ponere nata gulae,
Hîc olidae fiunt ſordes: hîc dejicit alvus
  Quod tulit in fauces imperioſa fames.
Hîc ſero jam cuique patet, furioſa libido
  Quam fuerit, tantis ſumptibus hoc emere.

XVI. Ejusdem, *de eisdem.*

Quid grave ſuſpirans capitis teſtare dolorem,
  Quid nimio preſſus pondere membra gemis?
Quid miſerum tundis repetito verbere ventrem,
  Exprimere ut valeas, quod gula fecit, onus?
Tendiſſes niſi te ſupra quam poſtulat uſus,
  Non opus hoc eſſet, crede, labore tibi.
Nempe cubas dum molle, places tibi, multaque buccae
  Ingeris, & ſummum reris id eſſe bonum.

 Hac

Ἐνθάδε δ' ἀσχάλλεις. μούνη δ' ἀλιτήματα λαιμοῦ
Ἡ γαστὴρ τίνει πολλάκι τυπτομένη.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.

Εἰς τὰ αὐτά.

Εὖγε μάκαρ τλῆθυμε γεωπόνε, σοὶ βίος αἰεὶ
Μίμνειν, καὶ σκαπάνης ἄλγεα καὶ πενίης.
Λιτὰ δέ σοι καὶ δεῖπνα, καὶ ἐν ξυλόχοισι καθεύδεις,
Ὕδατος ἐμπλήσας λαιμὸν ἀμετροπότην·
Ἔμπης δ' ἀρτίπος ἐσσὶ, καὶ ἐνθάδε βαιὰ καθεσθεὶς,
Αὐτίκα γαστέρα σὴν θῆκας ἐλαφροτάτην.
Οὐδὲ καταψήχεις ἱερὴν ῥάχιν, οὐδέ τι μηροὺς
Τύπτεις, αὐτομάτως φόρτον ἀπωσάμενος.
Τλήμονες οἱ πλουτοῦσι, καὶ οἱ κείνοισι συνόντες,
Οἷς πλέον ἀρτεμίης εὔαδεν εἰλαπίνη.

ἈΝΤΙΠΑ'ΤΡΟΥ, ΣΙΔΩΝΙ'ΟΥ,

Εἰς πόλιν Ἡράκλειαν.

Τίς τόδε μουνόγληνος ἅπαν δωμήσατο Κύκλωψ
Λάϊνον Ἀσσυρίης χῶμα Σεμιράμιος;
Ἢ ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες
Κείμενον ἑπταπόρων ἀγχόθι Πληϊάδων;
Ἀκλινὲς, ἀστυφέλικτον, Ἀθωέος ἶσον ἐρίπνα
Φυρηθὲν γαίης εὐρυπέδοιο βάρος.

Εἰς Σωτήρια ἐν Σμύρνῃ.

Εἰ τραφερῆς πάσης ἀλιτέρμονα κύκλον ὁδεύσεις,
Οὔ ποτέ μοι τινὰ χῶρον ἀρείονα τοῦδε νοήσεις,
Θέσκελον οἷον ἔτευξεν ἀγακλειτὸς Ἰωάννης,

Κυ-

Hac poſitus ſed ſede doles: & quod male fecit
  Ingluvies, id vis alvus ut icta luat.

XVII. Ejusdem,
de eisdem.

Felix, o nimium felix mihi, ruſtice, vita
  Cujus, opus ruris pauperiemque pati.
Coena tibi facilis, nemorum ſub tegmine ſomnus,
  Et ſine menſura pocula dulcis aquae.
Sed bene te portas, poſitusque hac ſede repente
  Solveris & ventrem nulla levare mora eſt:
Nil opus ut ferias femur, aut deſtringere dorſi
  Suſtineas ſpinam: ſponte recedit onus.
Ah miſeri dites, atque agmina coenipetarum,
  Queis edere eſt curae quam valuiſſe magis.

XVIII. Antipatri, Sidonii,
de urbe Heraclea.

Quis lapide exſtruxit ferus uno lumine Cyclops
  Aſſyriae vallum grande Semiramidis?
Qui vaſti terra geniti fecere Gigantes
  Quod ſeptemgeminam Pleiada tangit opus?
Montem qualis Athos rigidum ignarumque moveri,
  Coctile telluris latipatentis onus.

XIX. De Soteriis Smyrnae.

Si, quam lata patet, telluris obiveris orbem,
Non tibi ſe oſtendet locus ullus amoenior iſto,
Clarus Joännes quo donat totius urbem

Κυδαίνων βασίλειαν ὅλης χθονός· ἐκ ῥοθίων γὰρ
Τερπωλὴν ἀκόρητον ἐν ἄςεϊ θῆκεν Ὁμήρου.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ.

Τμώλῳ ὑπ' ἠνεμόεντι ῥοὴν, παρὰ Μαίονος Ἕρμου
Σαρδαλέη Λυδῶν ἔξοχός εἰμι πόλις.
Μάρτυς ἐγὼ πρώτη γενόμην Διός· οὐ γὰρ ἐλέγχειν
Λάθριον υἷα Ῥέης ἤθελον ἡμετέρης.
Αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γενόμην τροφός· ἐν δὲ κεραυνῷ
Ἔδρακον εὐρυτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον.
Πρώταις δ' ἡμετέρῃσιν ἐν ὀργάσιν οἰνὰς ὀπώρη
Οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.
Πάντα με κοσμήσαντο· πολὺς δέ με πολλάκις αἰὼν
Ἄςεσιν ὀλβίςοις εὗρε μεγαιρομένην.

Ἐν τῷ πορφυρῷ κίονι εἰς τὸ Φιλαδέλφιον.

Εὔνους μὲν βασιλεῖ Μουσήλιος. ἔργα βοῶσι
Δημόσια· σθεναρὴν πράγματα πίςιν ἔχει.
Μουσεῖον Ῥώμη δ' ἐχαρίσσατο, καὶ βασιλῆος
Εἰκόνα θεσπεσίην ἐντὸς ἔγραψε δόμων.
Τιμὴν Μουσοπόλοις, πόλεως χάριν, ἐλπίδα κυρῶν,
Ὅπλα δὲ ταῖς ἀρεταῖς, χρήματα τοῖς ἀγαθοῖς.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταῦτα λόγοις ἀνέθηκεν ἑκὼν Μουσήλιος ἔργα,
Πιςεύων καθαρῶς ὡς Θεός ἐςι λόγος.

Regnatricem Aſiae. namque is de fluctibus ipſis
Delicias reperit, patriam quibus ornat Homeri.

XX. Macedonii, Consulis.

Heic Tmoli juga ſupter, aquas prope Maeonis Hermi,
Sardes Lydorum regia conſpicior.
Conſcia prima Jovis: furtivos prodere quippe
Non volui partus, o Rhea noſtra, tuos.
Lenaei nutrix eadem, quem fulmine vidi
In medio lata luce micare Deum
Collibus in noſtris primum ſpectanda voluptas
Flava racemorum fluxit ab uberibus.
Tot me res decorant: nocuit contraria ſaepe
Quod fortunatis urbibus arma tuli.

XXI. *In columna ex Porphyrite Philadelphiae.*

Regis amans vere Muſelius: ipſa loquuntur
Hoc opera, & rebus ſit manifeſta fides:
Muſeum Romae dedit hic intusque locavit
Divinam magni Caeſaris effigiem,
Spem pueris urbique decus, laudemque poëtis,
Armaque virtuti, divitiasque bonis.

XXII. *De eodem.*

Hoc Verbo ſacravit opus Muſelius, ut qui
Ex animo Verbum crederet eſſe Deum.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΚΘ'.

Εἰς Ποταμούς.

ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Ὦ ἴτε Δήμητρος πρὸς ἀνάκτορον, ὦ ἴτε μύςαι·
 Μηδ' ὕδατος προχοὰς δείδετε χειμερίους.
Τοῖον Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος ἀσφαλὲς ὔμμιν
 Ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦδ' ἔβαλεν ποταμοῦ.

Εἰς Ἀλφειὸν καὶ Ἀρέθουσαν.

Ἀλφειὸς ἄῤῥεν ὕδωρ, Ἀρεθούσιόν ἐςι τὸ θῆλυ·
 Καὶ ποτὸν εὗρεν Ἔρως, κιρναμένων ὑδάτων.

ΤΥΛΛΙ'ΟΥ ΓΕΜΙ'ΝΟΥ,

Εἰς Στρυμόνα.

Εἰμὶ μὲν ἐν ποταμοῖς, πελάγει δ' ἴσα μέτρα διώκω,
 Στρυμὼν, Ἠμαθίης τὸ γλυκερὸν πέλαγος.
Βένθος ὁμοῦ καὶ ἄρουρα δι' ὕδατος. ἢ γὰρ ἐγείρω
 Ὀμπνιακῶν Χαρίτων ἡδύτερον τρίβολον.
Ἔςι καὶ Ἠμαθίης γόνιμος βυθός. ἄμμι δὲ, Νεῖλε,
 Κρείσσων ἔσθ' ὁ φέρων τὸν ςάχυν, οὐχ ὁ τρέφων.

ἈΓΑΘΙ'ΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

Εἰς γέφυραν τοῦ Σαγγαρίου.

Καὶ σὺ μεθ' Ἑσπερίην ὑψαύχενα, καὶ μετὰ Μήδων
 Ἔθνεα, καὶ πᾶσαν βαρβαρικὴν ἀγέλην,
Σαγγάριε, κρατερῇσι ῥοὰς ἁψῖσι πεδηθεὶς,
 Αὐτὸς ἐδουλώθης κοιρανικῇ παλάμῃ.
Ὁ πρὶν δὲ σκαφέεσσιν ἀνέμβατος, ὁ πρὶν ἀτειρὴς,
 Κεῖσαι λαϊνέῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.

KE-

TITULUS XXIX.

De Fluminibus.

I. Simonidae.

Ite Deae Cereris ſacra ad penetralia myſtae,
Ite nec hyberni terreat amnis aqua.
Nam Xenocles vobis translatum Lindius amnem
Securum poſito ponte paravit iter.

II. *De Alpheo & Arethuſa.*

Mas liquor Alphaei eſt, Arethuſae femina lympha:
His ex permixtis pocula fecit Amor.

III. Tullii Gemini, *de Strymone.*

Sum fluvius, ſed qui pelago ſpatia aemula curro,
Strymon, Emathiae quem mare dulce voces.
Arvi noſtra vicem praebent vada: naſcitur inde
Qui Cereris fructu ſuavior eſt tribulus.
Et mihi foecundus liquor eſt, quid Nile ſuperbis?
Tu ſegetem tantum paſcis, ego ipſe fero.

IV. Agathiae, Oratoris, *de ponte Sangarii.*

Tu quoque poſt Medos aliasque a veſpere gentes,
Et tot inhumanae nomina barbariae,
Sangarie arquato curvamine ſubditus amnem
Caeſareae pateris quod voluere manus.
Ille ferox & vix ratibus tractabilis ante,
Das pedibus, lapidum compede vinctus, iter.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, Α'.

Εἰς Προάστεια.

ΚΩΜΗΤΑ, ΧΑΡΤΟΥΛΑΡΙΟΥ.

Εἰπὲ νομεῦ, τίνος εἰσὶ φυτῶν στίχες; αἱ μὲν ἐλαῖαι,
  Παλλάδος· αἱ δὲ πέριξ ἡμερίδες, Βρομίου.
Καὶ τίνος οἱ στάχυες; Δημήτερος. ἄνθεα ποίων
  Εἰσὶ θεῶν; Ἥρης, καὶ ῥοδέης Παφίης.
Πὰν φίλε, πηκτίδα μίμνε τεοῖς ἐπὶ χείλεσι σύρων·
  Ἠχὼ γὰρ δήεις τοῖς δ' ἐνὶ θειλοπέδοις.

ἈΡΑΒΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ὕδασι καὶ κήποισι, καὶ ἄλσεσι καὶ Διονύσῳ,
  Καὶ πόντου πλήθω γείτονος εὐφροσύνῃ.
Τερπνὰ δέ μοι γαίης τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἄλλοθεν ἄλλος,
  Καὶ γριπεὺς ὀρέγει δῶρα καὶ ἀγρονόμος.
Τοὺς δ' ἐν ἐμοὶ μίμνοντας, ἢ ὀρνίθων τις ἀείδων,
  Ἢ γλυκὺ πορθμήων φθέγμα παρηγορέει.

ΜΑΡΙΑΝΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

Εἰς ἕτερον προάστειον ὀνομαζόμενον Ἔρωτα, ἐν Ἀμασείᾳ.

Ἡ καλὸν ἄλσος Ἔρωτος, ὅπου καλὰ δένδρεα ταῦτα
  Πρηὺς ἐπιπνείων ἀμφιδονεῖ ζέφυρος.
Ἧχι καὶ ἑρσήεις ἀμαρύσσεται ἄνθεσι λειμὼν,
  Πουλὺν ἰοστεφάνων κόσμον ἀνεὶς καλύκων·
Καὶ γλυκερῆς τρίστοιχος ἐπεμβαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
  Μαστὸς ἀναθλίβει χεύματα Νηϊάδος.
Ὀππόθι δενδρήεντα γέρων παρανήχεται Ἶρις
  Χῶρον, Ἁμαδρυάδων ἔνδιον ἁβροκόμων.
Καὶ λιπαρῆς εὔβοτρυν ἀν' ὀργάδα καρπὸς ἐλαίης
  Θάλλει, ἐριστάφυλον πάντοθι θειλοπέδων.

Αἱ

TITULUS XXX.

De Suburbanis.

I. Cometae, Chartularii.

Dic ovium cuſtos, haec ſunt ſata cujus? olivae
Pallados: at circum vinea Baſſareos.
Cujus ſunt ſegetes? Cereris. quod numen odoros
Vindicat hos flores? Juno Venusque ſimul.
Ne dimitte tuis calamos, Pan optime, labris;
Echo valle ſub hac invenienda tibi eſt.

II. Arabii, Oratoris.

Me nemus exhilarat, fontesque & Bacchus & horti,
Et de vicino quae venit aura mari.
Et mihi certatim de terra deque profundo
Piſcator mittunt munus, & agricola.
Hic requieſcentes oblectat carmine laetus
Portitor, aut tremulum quae modulantur aves.

III. Mariani, Oratoris,

de ſuburbano alio Amaſeae, cui nomen Cupido.

Dulce Cupidïneum nemus hoc, ubi molle ſuſurrans
Arboreas Zephyri commovet aura comas:
Purpurei flores ubi roſcida prata coronant,
Et violas inter ſe roſa tollit humo.
Et tumidae terno ſurgentes ordine mammae
Erumpunt purum Naïdos in laticem:
Camporum per aprica ſenex ubi labitur Iris,
Et cingi Dryadum gaudet utrimque choris.
Atque inter Bromii geſtantes dona racemos
Plurima pallentes fundit oliva comas:

 Flexi-

Αἱ δὲ πέριξ λαλαγεῦσιν ἀηδόνες. ὃς δὲ μελίζει
 Ἀντῳδὸν τέττιξ φθέγματος ἁρμονίαν.
Ἀλλὰ τὸν ἀκλήϊστον ὅπως, ξένε, μή με παρέλθῃς
 Τόνδε δόμον, λιτῆς δ᾽ ἀντίασον ξενίης.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾽ΤΟΥ͂,

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεῦρ᾽ ἴθι, βαιὸν ὁδῖτα πεσὼν ὑπὸ δάσκιον ἄλσος,
 Ἄμπαυσον καμάτου γυῖα πολυπλανέος,
Χῶρον ὅπου πλατάνων αὐτόῤῥυτον ἐς μέσον ὕδωρ
 Καλὰ πολυκρούνων ἐκπροχέει στομάτων.
Ὁππόθι πορφυρέης ὑπὲρ αὔλακος εἴαρι θάλλει
 Ὑγρὸν ἴον, ῥοδέῃ κιρνάμενον κάλυκι.
Ἠνὶ δὲ πῶς δροσεροῖο πέδον λειμῶνος ἔρεψεν,
 Ἔκχυτον εὐχαίτης κισσὸς ἔπλεξε κόμην.
Ἐνθάδε καὶ ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην,
 Πέζαν ὑποξύων αὐτοφύτου νάπης.
Οὗτος Ἔρως. τί γὰρ ἄλλο καὶ ἔπρεπεν οὔνομα χώρῳ,
 Πάντοθεν ἱμερτῶν πληθομένῳ Χαρίτων.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ, ΛΑ´.

Εἰς Εἰκόνας Ῥητόρων.

ἈΔΕ´ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς εἰκόνα Πτολεμαίου, ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Εἰκὼν, τίς σ᾽ ἀνέθηκε; λόγοι. τίνος εἶ; Πτολεμαίου.
 Ποίου; τοῦ Κρητός. τεῦ χάριν; ἀντ᾽ ἀρετῆς.
Τῆς ποδαπῆς; πάσης. τῆς ἐς τίνας; ἐς δικολέκτας.
 Καὶ ξύλον ἀρκεῖ; καί. χρυσίον οὐ δέχεται.

ἈΡΛ-

Flexibus at circum variis modulatur aëdon,
  Atque alio contra more cicada canit.
Haec tibi tecta patent: noli tranſire, viator,
  Non quaeſita nimis prandia ſiquis amas.

IV. Ejusdem,

de eodem.

Hac qui carpis iter nemoris projectus in umbra,
  Membra viae multo feſſa labore leva:
Inter ubi platanos molles ſe fundit in herbas
  Frigidus e multo qui ſalit ore liquor.
Vernaque purpureo producens germina fulco,
  Hinc violis tellus pingitur, inde roſis:
Prata vides molli deſcendere roſcida clivo,
  Flexilibusque hederam quaerere fulcra comis.
Labitur incluſus ripis viridantibus amnis,
  Nativumque nemus limpida radit aqua.
En Amor: haud alio debebat nomine dici,
  Gratia quem tantis dotibus ornat, ager.

TITULUS XXXI.

De Oratorum Imaginibus.

I. Incerti,

de Imagine Ptolemaei, Antiochiae.

Quis dedit effigiem? doctrina. Quis eſt? Ptolemaeus.
  Cujas? Cres. at quo nomine? pro meritis.
Quod genus? omne genus. quos erga? jura loquentes.
  Sat lignum eſt? aurum non cupit ipſe ſibi.

II.

ἈΡΑΒΙΌΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ͂.

Εἰκόνα Λογγίνῳ χρυσέην πόλις εἶχεν ὀπάσσαι,
Εἰ μὴ πότνα Δίκη χρυσὸν ἀπεστρέφετο.

ΘΩΜΑ͂, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ͂.

Ῥητορικῆς φιλέω τρεῖς ἀστέρας, οὕνεκα μοῦνοι
Πάντων ῥητήρων εἰσὶν ἀρειότεροι.
Σεῖο πόνους φιλέω, Δημόσθενες· εἰμὶ δὲ λίην
Καὶ φιλαριστείδης καὶ φιλοθουκυδίδης.

ΜΙΧΑΗΛΊΟΥ, ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ͂.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαοιδὸν,
Δίζυγος εὐεπίης ῥυθμὸν ἀγασσαμένη,
Ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἐφ᾽ υἱεῖ, καὶ πόρε τήνδε
Εἰκόνα καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης.
Μεμνόνιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
Ἔστησεν, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

ΠΑΛΛΑΔΑ͂.

Κωφὸν ἄναυδον ὁρῶν τὸν Γέσσιον, εἰ λίθος ἐστὶ,
Δήλιε, μανθεύου, τίς τίνος ἐστὶ λίθος.

Εἰς εἰκονα ῥήτορος ἀφυοῦς.

Τίς σε τὸν οὐ λαλέοντα τύπῳ ῥητῆρος ἔγραψε;
Σιγᾷς; οὐ λαλέεις; οὐδὲν ὁμοιότερον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰκόνες ἀνθρώποισι φίλον γέρας· ἀλλὰ Μαρίνῳ
Ὕβρις, ἐλεγχομένης εἴδεος ἀπρεπίης.

Εἰς

II. Arabii, Scholastici.

Aurea Longino data ab urbe fuiſſet imago,
Aurum ni juris ſperneret alma Dea.

III. Thomae, Oratoris.

Eloquii veneror tria ſidera, prae quibus omnis
Eſt oratorum caetera turba nihil.
Magni te facio Demoſthenes: & mihi magni
Tu quoque Ariſtide, tu quoque Thucydide.

IV. Michaelii, Grammatici.

Haec urbs Agathiae geminam mirata loquelam
(Nam pariter vates atque diſertus erat)
Pro nato voti rea mater imagine donat
Ipſius ex meritis & pietate ſua;
Memnoniumque patrem juxta, fratremque locavit,
Sanguine quam claro ſit ſatus ille, notans.

V. Palladae.

Geſſius en hic ſtat mutus, ſine voce; lapiſne eſt?
Vates Phoebe, lapis dic ſit utrius uter.

VI. *De Imagine inepti Rhetoris.*

Quis precor elinguem te tanquam rhetora pinxit?
Nil ais, ecce, taces? nil tibi tam ſimile.

VII. *De eodem.*

Id quod honos aliis, infamia magna Marino eſt:
Neſciri quam ſit turpis, imago vetat.

Εἰς ἄγαλμα Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος.

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων,
Τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
Ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

ἌΔΗΛΟΝ.

Εἰκὼν Καλλίστου τοῦ ῥήτορος· οἱ δὲ παρ' αὐτὴν
Ἐρχόμενοι, Ἑρμῇ σπένδετε τῷ λογίῳ·

ἌΔΗΛΟΝ.

Φύρμος με Φύρμον, πυρφόρος τὸν πυρφόρον,
Ὁ παῖς ὁ ῥήτωρ τὸν πατέρα τὸν ῥήτορα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΛΒ'.

Εἰς Σκεύη.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,

Εἰς κωνωπεῶνα.

Οὐ βριαρόν τινα θῆρα, καὶ οὔτινα πόντιον ἰχθὺν,
Οὐ πτερὸν ἀγρεύω πλέγμασιν ἡμετέροις,
Ἀλλὰ βροτοὺς ἐθέλοντας. ἀλεξήτειρα δὲ τέχνη
Ἀνέρα μυιάων κέντρον ἀλευόμενον,
Ἐκ θαλίης ἀβρῶτα μεσημβριάοντα φυλάσσει,
Οὐδὲν ἀφαυροτέρη τείχεος ἀστυόχου.
Ὕπνου δ' ἀστυφέλικτον ἄγω χάριν. ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Δμῶας μυιοσόβου ῥύομαι ἀτμενίης.

VIII. *De Imagine Ariſtidae Rhetoris.*

Jonias urbes commiſerat ortus Homeri:
Lis per Ariſtiden iſta diremta fuit.
Smyrna fuit genetrix, jam quaeque fatentur, Homeri,
Quippe & Ariſtidae rhetoris eſt genetrix.

IX. Incerti.

Calliſti ſtatuam qui rhetoris aſpicis iſtam,
Gratus facundo fac ſacra Mercurio.

X. Incerti.

Me, Firme, Firmum, flamen ipſe flaminem,
Natus parentem, rhetorem rhetor dabas.

TITULUS XXXII.

De Vaſis.

I. Pauli Silentiarii,
de Conopeo.

Non de monte feram ſaevo nec ab aequore piſcem,
Pennigeram captat nec mea caſſis avem:
Verum homines, qui ſponte volunt. his corpora contra
Improba muſcarum ſpicula tutor ego.
Ut placidum pranſi captent ſine vulnere ſomnum,
Sic urbes tutas murus ab hoſte facit.
Fit per me ſecura quies. ſimul hoc quoque praeſto,
Ne famulas laſſet cauda ſuperba manus.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,
Εἰς τὸ αὐτό.

Καλλιγάμοις λέκτροις περικίδναμαι· εἰμὶ δὲ κεδνῆς
Δίκτυον οὐ Φοίβης, ἀλλ' ἁπαλῆς Παφίης.
Ἀνέρα δ' ὑπνώοντα μίτῳ πολύωπι καλύπτω,
Ζωοφόρων ἀνέμων οὐδὲν ἀτεμβόμενον.

ἈΓΑΘΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ͂.

Πλέγμασι μὲν σκοπός ἐςι περισφίγξαι πετεηνῶν
Ἔθνεα, καὶ ταχινοὺς ἔνδοθεν ὀρταλίχους.
Αὐτὰρ ἐγὼ σεύειν ἐπιτέρπομαι, οὐδε καλύπτω
Ἔνδοθεν, ἀλλ' εἴργω μᾶλλον ἐπειγομένους.
Οὐδέ με τίς λήσειε, καὶ εἰ βραχὺς ἔπλετο, κώνωψ,
Ἡμετέρης διαδὺς πλέγμα λινοςασίης.
Ὀρνεά που σώζω· μερόπεσσι δὲ λέκτρα φυλάσσω.
Ἦ ῥά τίς ἡμείων ἐςὶ δικαιότερος;

ΠΑΥ͂ΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ,
Εἰς τάβλαν.

Ἑζόμενος μὲν τῇδε παρ' εὐλάϊγγι τραπέζῃ,
Παίγνια κινήσεις τερπνὰ βολοκτυπίης.
Μήτε δὲ νικήσας μεγαλίζεο, μήτ' ἀπολειφθεὶς
Ἄχνυσο, τὴν ὀλίγην μεμφόμενος βολίδα.
Καὶ γὰρ ἐπὶ σμικροῖσι νόος διαφαίνεται ἀνδρός·
Καὶ κύβος ἀγγέλλει βένθος ἐχεφροσύνης.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂,
Εἰς τὸ αὐτά.

Παίγνια μὲν τάδε πάντα· τύχης δ' ἑτερότροπος ὁρμὴ,
Ταῖς ἀλόγαις ταύταις ἐμφέρεται βολίσιν.

Καὶ

II. Ejusdem,

de eodem.

Conjugio ſacrum circumdans fida cubile,
  Non ego Dictynnae ſum plaga, ſed Paphiae.
Sat mea ſecurum praeſtant oculata ſoporem
  Fila viris. ventum nil opus eſt facere.

III. Agathiae, Oratoris.

Retibus is labor eſt, celeres includere pullos,
  Quotquot & in coelo velificantur aves:
At mihi dulce magis volucres arcere, nec illas
  Capto, ſed & cupiant ſi penetrare, veto.
Nec me decipiat, ſit quamvis corpore parvo,
  Si transire paret retia plexa, culex.
Sic avium vitas, hominum cuſtodio lectos,
  An nobis aliquid juſtius eſſe poteſt?

IV. Pauli Silentiarii,

De Tabula.

Dum reſides apud hanc factam de marmore menſam,
  Multa tuis digitis alea miſſa cadet.
Sed neque tu nimium jactu felice ſuperbi:
  Nec maledic, contra ſi tua vota cadat.
Conſtat ab exiguis quae ſit prudentia rebus,
  Et vires animi teſſera ſaepe docet.

V. Ejusdem,

de eadem.

Luſus, ais, ſunt haec: ſed in his fortuna triumphat,
  Nec quam teſſerulae plus rationis habet,

Καὶ βροτέου βιότου σφαλερὸν μίμημα νοήσεις,
  Νῦν μὲν ὑπερβάλλων, νῦν δ' ἀπολειπόμενος.
Αἰνέομεν δὴ κεῖνον, ὃς ἐν βιότῳ τε κύβῳ τε,
  Χάρματι καὶ λύπῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.
Εἰς τὸ αὐτό.

Τοῖς μὲν πρηΰνόμοις τάδε παίγνια· τοῖς δ' ἀκολάςοις
  Λύσσα, καὶ ἀμπλακίη, καὶ πόνος αὐτόματος.
Ἀλλὰ σὺ μὴ λέξῃς τὶ θεημάχον ὕςατος ἕρπων,
  Μηδ' ἀναροιβδήσῃς ῥινοβόλῳ πατάγῳ.
Δεῖ γὰρ μήτε πονεῖν ἐν ἀθύρμασι, μήτέ τι παίζειν
  Ἐν σπουδῇ. καιρῷ δ' ἴσθι νέμειν τὸ πρέπον.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ̃, ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου,
Εἰς φιάλην ἔχουσαν κινουμένους ἰχθύας.

Οὕτω Βάκχον ἔδεκτο Θέτις· νῦν μῦθος Ὁμήρου,
  Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' εὗρεν πίςιν ἐτητυμίης.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃.
Εἰς ἀρχοντικὸν πέλεκυν.

Ἦν μὲν ἀλιτραίνῃς, πέλεκυν βλεφάροισι δοκεύεις.
  Ἦν δὲ σαοφρονέῃς, ἄργυρος εἰμὶ μόνον.

Εἰς κάγκελον οἰκίας.

Ἦν κλείσῃς μ', ἀνέῳγα· καὶ ἢν οἴξῃς, κλείσεις με·
  Τοῖος ἐὼν, τηρεῖν σὸν δόμον οὐ δύναμαι.

Εἰς μινσώριον ἔχον τὰ δώδεκα ζώδια καὶ ἕτερα.

Ἀργύρεος πόλος οὗτος, ὅπῃ Φαέθοντα Σελήνη
  Δέρκεται, ἀντιτύπων πιμπλαμένη φαέων.

Ἀπλα-

Aſpicis humanae caſus in imagine vitae:
Tam ſubito victor, tam cito victus eris.
Magnus is, in vita pariter luſuque, dolori
Ponere qui novit laetitiaeque modum.

VI. Ejusdem,
de eadem.

Lenibus hic animis tantum eſt jocus: at maleſanis
Infamis rabies, ſumtaque ſponte mala.
At tu, ſi cedat male res, nec verba profare
Impia, nec tortis naribus ede ſonum.
Turpe laborare eſt in luſibus, inque labore
Ludere: quod poſcunt tempora quaeque, dato.

VII. Juliani, Aegyptii,
ex genere praefectorum Auguſtalium, de phiala in qua piſces erant, qui movebantur.

Sic Thetis excepit Bromium. quam narrat Homerus,
Sero quidem, tamen eſt fabula nacta fidem.

VIII. Ejusdem,
de ſecuri Praeſidis.

Si male quid facias, me noveris eſſe ſecurim;
Si ſapis, argentum ſum tibi, nil aliud.

IX. *De Cancellis domus.*

Si claudis pateo: claudor, ſi forte recludis.
Cuſtodire domum non queo talis ego.

X. *De diſco miſſorio, in quo ſigna duodecim & alia.*

Factus hic argento polus eſt: hic candida Solem
Spectat ab adverſo lumine paſta Soror.

Si-

Ἀπλανέες δ' ἑκάτερθε, καὶ ἀντιθέοντες ἀλῆται
Ἀνδρομέης γενεῆς πᾶσαν ἄγουσι τύχην.

ΜΕΣΟΜΗΔΟΥΣ.

Τὰν ὕελον ἐκόμιζε κόψας ἐργάτας ἀνὴρ,
Ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον, ὡς σίδηρον εὐσθενῆ.
Ἁδ' ὕελος, οἷα κηρὸς, ἐξεχεῖτο, παμφάγοισι
Φλοξὶν ἐκπυρουμέναισι· θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
Ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντα, καὶ τὸν ἐργάτην
Τρέμοντα, μὴ πεσὼν διαῤῥαγῇ.
Ἐς δὲ διπτύχων ἀκμὰς χειλέων ἔθηκε βῶλον.

ἈΒΛΑΒΙΟΥ, ἸΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ,

Εἰς δίσκον Ἀσκληπιάδου.

Ἥφαιστός μ' ἐτέλεσσε καμὼν χρόνῳ· ἀλλὰ Κυθήρη
Ἀνδρὸς ἑοῦ θαλάμων εἵλετο λαθριδίως,
Ἀγχίσῃ δ' ἔπορε κρυφίης μνημήϊον εὐνῆς.
Καὶ μ' Ἀσκληπιάδης εὗρε παρ' Αἰνεάδαις.

ἌΔΗΛΟΝ.

Ἡ γραφὶς ἀργυρέη μεν, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἦλθον, ἐτύχθην.
Σαῖσι δὲ καὶ χρυσέη γίνομαι ἐν παλάμαις.
Ὧδέ σοι, ὦ χαρίεσσα Λεόντιον, εὖ μὲν Ἀθήνη
Τέχνης, εὖ δ' εἴδους ἄκρα δέδωκε Κύπρις.

ΣΙΜΜΙΟΥ.

Πρόσθε μὲν ἀγραύλοιο διὰ τριχὸς ἰξάλου αἰγὸς
Δοιὼ ἐπὶ χλωροῖς ἐστεφόμην πετάλοις·
Νῦν δέ με Νικομάχῳ κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων,
Ἐντανύσας ἕλικος καρτερὰ νεῦρα βοός.

Εἰς

Sidera ſunt circum partim vaga, ſtantia partim,
Quorum vis hominum fata viceſque regit.

XI. Mesomedis.

Artifex ex amne marmor abſtulit pellucidum,
Idque ſic igni ſubegit, ut ſolet ferrum faber:
Illud a flammis pereſum fluxit ardeſcentibus,
Cera mollis ut liqueſcit: conſpici mirabile,
Ut ſequax educeretur, ut timeret artifex,
Maſſa ne dirumperetur, quam duabus horridis
Inditam labris prehendit.

XII. Ablabii, Viri illustris,
de diſco Romano Aſclepiadae.

Mulciber haud modico me fecit tempore; factum
Conjugis e thalamo clam Venus eripuit,
Anchiſaeque dedit pretium pro nocte. repertus
Inde Aſclepiadae ſum penes Aeneadas.

XIII. Incerti.

Exieram nuper flammis argentea, ſed nunc
Sum graphis in digitis aurea facta tuis.
Quippe decus ſupra decus omne Leontion uni
Dat Venus in forma, Pallas in arte tibi.

XIV. Simmiae.

Quae capitis montes ramorum preſſimus umbra,
Paſcua tondentis, cornua bina, caprae.
Jam nos Nicomacho faber efformavit in arcum:
Subtenſus valido de bove nervus adeſt.

Εἰς Μυσώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτας.

Τέσσαρές εἰσιν Ἔρωτες· ὁ μὲν στέφος ἀμφικαλύπτει
Μητρὸς ἑῆς· ὁ δὲ χεῖλος ἔχει ποτὶ πίδακι μαζοῦ·
Οἱ δὲ δύω παίζουσι παρ' ἴχνεσιν. εἷμα δὲ κρύπτει
Μηρῷ γείτονα χῶρον ὅλης γυμνῆς Ἀφροδίτης.

ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ἸΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ,

Εἰς θερμοχύτην.

Βάκχῳ καὶ Νύμφαις μέσος ἵσταμαι· ἐν δὲ κυπέλλοις
Αἰεὶ τόνδε χέω τὸν παραλειπόμενον.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Χαλκοτύπος τὸν Ἔρωτα μεταλλάξας, ἐποίησε
Τήγανον· οὐκ ἀλόγως, ὅττι καὶ αὐτὸ φλέγει.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἀδριακοῖο κύτους λαιμὸς τὸ πάλαι μελίγηρυς,
Ἀνίκ' ἐγαστροφόρουν βακχιακὰς Χάριτας,
Νῦν κλασθεὶς, κεῖμαι νεοθηλέϊ καρτερὸν ἕρκος
Κλήματι, πρὸς τρυφερὴν τεινομένῳ καλύβην.
Αἰεί τι Βρομίῳ λατρεύομεν. ἢ γεραὸν γὰρ
Φρουροῦμεν πιστῶς, ἢ νέον ἐκτρέφομεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, ΛΓ΄.

Εἰς Φιλοσόφους.

ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ, ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου,

Εἰς ἀνδριάντα Πυθαγόρου.

Οὐ τὸν ἀναπτύσσοντα φύσιν πολύμητιν ἀριθμῶν
Ἤθελεν ὁ πλάστης Πυθαγόρην τελέσαι,

Ἀλλὰ

XV. *De miſſorio, in quo Venus & Cupidines.*

Serta ſuper matris volitat levis unus Amorum
Quattuor, alter habet roſeis labra juncta papillis,
Ante pedes alii ludunt duo: caetera nudae
Summa Deae femorum tegit interſinia veſtis.

XVI. Eutolmii, viri illustris,
de thermochyta.

Stans medius Nymphis pariter dulcique Lyaeo
Semper id affundo, quod minus in cyatho eſt.

XVII. Incerti.

Aes quod Amor fuerat, fabro mutante figuram,
Sartago eſt. factum quam bene? torret adhuc.

XVIII. Philippi.

Vas prius Adriacum fuerat, cum dulce ſonanti
Gutture, quod Bromii gaudia ventre tuli,
Fractum ſuſtineo diffuſam palmite vitem,
Scandit ubi nitidae culmina laeta caſae.
Evie ſic omni famulor tibi tempore. ſervo
Cum vetus es: vires praebeo, cum novus es.

TITULUS XXXIII.

De Philoſophis.

I. Juliani, Aegyptii,
ex genere praefectorum Auguſtalium,
de Pythagorae imagine.

Non qualis numeros docta ratione docebat
Pythagoram nobis dat manus artificis:

'Αλλὰ τὸν ἐν σιγῇ πινυτόφρονι. καὶ τάχα φωνὴν
"Ενθεν ἀποκρύπτει, καὶ τόδ' ἔχων ὀπάσαι.

Εἰς τὸ αὐτό.

Αὐτὸν Πυθαγόρην ὁ ζωγράφος, ὃν μετὰ φωνῆς
Εἶδες ἄν, εἴγε λαλεῖν ἤθελε Πυθαγόρης.

'ΙΩΑΝΝΟΥ, ποιητοῦ
ΤΟΥ͂ ΒΑΡΒΟΥΚΑ'ΛΛΟΥ,
Εἰς εἰκόνα Σωκράτους.

'Ως σοφὸς ὁ γράψας, ζωὰν οὐκ ἔμβαλε κηρῷ,
Σωκράτεος ψυχᾷ τοῦτο χαριζόμενος.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Ζωγράφε, τὰν μορφὰν ἀπομάξας, αἴθ' ἐνὶ κηρῷ
Καὶ ψυχὰν ἐδάης Σωκρατικὰν βαλέειν.

Εἰς εἰκόνα Πλάτωνος.

Τὸν νοῦν διδάσκων αἰθερεμβατεῖν Πλάτων,
Τοὺς τῶν ὑπὲρ νοῦν ἐξερεύγεται λόγους.

Εἰς εἰκόνα 'Αριστοτέλους.

Οὗτος 'Αριστοτέλης, μετρῶν χθόνα καὶ πόλον ἄστρων.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Νοῦς καὶ 'Αριστοτέλους ψυχὴ, τύπος ἀμφοτέρων εἷς.

'ΑΓΑ-

Sed qualis tacuit ſapientius: hinc, puto, poſſet
Ars illi vocem cum dare, non voluit.

II. *De eodem.*

Ipſum Pythagoram dat cernere pictor: & ipſum
Audires, ſed enim non cupit ipſe loqui.

III. Johannis,
Poëtae Barbucalli,
de Imagine Socratis.

Quod cerae vitam pictor non indidit iſti,
Socraticae ſapiens praeſtitit hoc animae.

IV. *De alia Socratis Imagine.*

Di facerent, pictor veluti dat Socratis ora,
Sic animam nobis haec quoque cera daret.

V. *De Imagine Platonis.*

Mentem locavit qui ſuper coelum Plato,
Verbis profatur illa quae mentem ſupra.

VI. *De Imagine Ariſtotelis.*

En tibi Ariſtoteles & terram menſus & aſtra.

VII. *De eodem.*

Menti & Ariſtotelis animo, par vultus utrique.

ἈΓΑΘΙΟΥ, ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Πλουτάρχου.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον ςήσαντο, Χερωνεῦ
Πλούταρχε, κρατερῶν υἷες Αὐσονίων.
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίςους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις.
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύγ' ἂν γράψαις. οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Εἰς εἰκόνα Αἰσώπου.

Εὖγε ποιῶν Λύσιππε γέρων, Σικυώνιε πλάςα,
Δείκελον Αἰσώπου ςήσαο τοῦ Σαμίου,
Ἑπτὰ σοφῶν ἔμπροσθεν, ἐπεὶ κεῖνοι μὲν ἀνάγκην
Ἔμβαλον, οὐ πειθώ, φθέγμασι τοῖς σφετέροις·
Ὃς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας,
Παίζων ἐν σπουδῇ, πείθει ἐχεφρονέειν.
Φευκτὸν δ' ἡ τρηχεῖα παραίνεσις. ἡ Σαμίου δὲ
Τὸ γλυκὺ τοῦ μύθου καλὸν ἔχει δέλεαρ.

ἈΝΤΙΦΙΛΟΥ, ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ,

Εἰς Διογένη.

Ἡ πήρη, καὶ χλαῖνα, καὶ ὕδατι πιληθεῖσα
Μάζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη,
Καὶ δέπας ἐκ κεράμοιο, σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο
Ἄρκια. κἦν τούτοις ἦν τι περισσότερον·
Κοίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην,
Εἶπε. Τί καὶ σὲ μάτην, ὄςρακον, ἠχθοφόρουν;

ΤΟΥ

VIII. Agathiae, Oratoris, *de Imagine Plutarchi.*

Chaeronaee tibi vetitam, Plutarche, perire
 Effigiem Latiae conſtituere tribus.
Quod proceres Grajos junxiſti compare vita,
 His quos ediderat maxima Roma viris.
Sed vitam, cui ſit compar tua, ſcribere nec tu
 Ipſe potes, quoniam par tibi nemo fuit.

IX. Ejusdem, *de Aeſopi Imagine.*

Fictorum, Lyſippe, decus Sicyonie, laudo,
 Aeſopi Samii quod ſenis effigiem
Anteloeas ſeptem Graecis ſapientibus: horum
 Nam dictis vis eſt plurima, ſuada deeſt.
Ille docet verum, blanda ſub imagine falſi
 Sed docet, & monſtrat ſeria cuncta joco.
Aſpra juvent alios: Samii me fabula mulcet,
 Utile ſub dulci quae clepit illecebra.

X. Antiphili, Byzantii, *de Diogene.*

Pera, lacerna duplex, & aquae permiſta polenta,
 Et baculus greſſum qui regit ante pedes,
Teſtaque pro cyatho, ſapientis tota ſupellex
 Haec canis eſt: & in his quod ſuperabat erat.
Viderat agricolam, cava cui manus hauſerat undam,
 Teque, ait, heus fruſtra cur ego, teſta, fero?

ΤΟΥ͂ Α'ΥΤΟΥ,

Εἰς τὸν αὐτόν.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου· ἀλλὰ σὸν οὔτι
Κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν, Διόγενες, καθελεῖ.
Μοῦνος γὰρ βιοτῆς αὐταρκέα δόξαν ἔδειξας,
Θνητοῖς, καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ΛΔ'.

Εἰς Ὡρολόγια.

Εἰς τὴν βάσιν τοῦ ὡρολογίου, τοῦ εἰς τὴν ἀψῖδα τὴν εἰς τὴν Βασιλικήν.

Δῶρον Ἰουστίνοιο τυραννοφόνου βασιλῆος,
Καὶ Σοφίης ἀλόχου, φέγγος ἐλευθερίης,
Ὡράων σκοπίαζε σοφὸν σημάντορα χαλκὸν,
Αὐτῆς ἐκ μονάδος μέχρι δυωδεκάδος.
Ὅντινα συληθέντα, Δίκης θρόνον ἡνιοχεύων
Εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.

Α'ΔΕ'ΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς ἕτερον.

Ὡρανὸν ἁ χαρεῦσα σοφὰ λίθος, ἁ διὰ τυτθοῦ
Γνώμονος ἀελίῳ παντὶ μεριζομένα.

ΠΑΥ'ΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙ'ΟΥ,

Εἰς ἕτερον δι' ὕδατος.

Ἐνθάδε μιστύλλουσι δρόμον Φαεθοντίδος αἴγλης
Ἀνέρες ὡράων ἀμφὶ δυωδεκάδι.
Ὕδατι δ' ἠελίοιο ταλαντεύουσι κελεύθους,
Ἐς πόλον ἐκ γαίης μῆτιν ἐρεισάμενοι.

'ΑΔΕ'Σ-

XI. Ejusdem,
de eodem.

Aera dies perdit: ſed nomen grande decusque,
Diogenes, adiment ſaecula nulla tibi.
Mortales tu namque doces, ſatis eſſe putare
Quod ſatis, & vitae non onerare viam.

TITULUS XXXIV.

de Horologiis.

I. *In baſi Horologii, quod in fornicato opere, qua in Baſilicam itur.*

Juſtini munus, ſub quo cecidere tyranni,
Libera lux haec eſt, conjugis & Sophiae:
Totius aes ſapiens monſtrat momenta diei,
A prima donec ſexta bis hora venit.
Hoc raptum reperit, ſolium cui contigit Aequi
Julianus, lucrum deſugiente manu.

II. Incerti,
de altero.

Arte lapis docta coelum capit: en tibi parvus
Se cunctis Phoebi temperat umbo viis.

III. Pauli Silentiarii,
de horologio aquatico.

Quis putet? humanae ſollers induſtria mentis
Lucis iter biſſex partibus omne ſecat:
Et Phoebi curſus in pondere librat aquarum.
Arduus ex terris ſcandit in aſtra labor.

ἈΔΕΣΠΟΤΟΝ,

Εἰς ἕτερον.

Κῆπος ἔην ὅδε χῶρος· ἀπὸ σκιερῶν δὲ πετήλων
  Νυκτοφανὴς τελέθων ἔσκεπεν ἠέλιον·
Νῦν δὲ παναιγλήεντα καὶ εὔδιον εὗρε τελέσσαι
  Σέργιος αὐτόπτης μυστοπόλος τριάδος,
Ἔνθα λίθος στατὸς οὗτος ἀειδίνητον ἀνάγκην
  Ἑπτάκις ἀγγέλλει ἄντυγος οὐρανίης.

ἌΔΗΛΟΝ.

Μηχανικὴ Φαέθοντα βιάζεται ἁρμονικοῖσι
  Γνώμοσιν ἀγρεύειν τὸν δρόμον ἠελίου.
Βαιὸς δ' ἀμφιέπει λίθος ἄντυγας Ἠριγενείης,
  Ὡρονόμῳ σοφίῃ καὶ σκιόεντι τύπῳ.
Σεργίου ἀρχιερῆος ἐπουρανίῃσιν ἐφετμαῖς
  Τοῦτο συνειργάσθη ἔργον ἐπιχθονίων.

ἌΔΗΛΟΝ.

Σῆμα δυωδεκάμοιρον ἀφεγγέος ἠελίοιο,
  Τρισσάκις ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι,
Εὖτ' ἂν θλιβομένοιο ποτὶ στενὸν ὕδατος ἀὴρ
  Αὐλὸν ἀποστείλῃ πνεῦμα διωλύγιον,
Θῆκεν Ἀθηναῖος δήμῳ χάριν, ὡς ἂν ἐναργὴς
  Εἴη κὴν φθονεραῖς ἠέλιος νεφέλαις.

Τέλος τοῦ τετάρτου τμήματος τῆς Ἀνθολογίας
διαφόρων Ἐπιγραμμάτων.

IV. Incerti,

de alio.

Hic horti fuerant, quorum ſol fronde latebat,
Et noctem medio fecerat umbra die.
Sergius hanc puro perfudit lumine terram,
Sub trino noti nomine myſta Dei.
Stat lapis immotus, ſeptenaque ſidera monſtrat,
Qua nunquam ceſſet lege rotare polus.

V. Incerti.

Sole novo ſolis mentitur in aethere curſum
Mire compoſitis machina docta modis.
In lapide exiguo veſper ſpectatur & ortus:
Conſpicuis horas dividit umbra notis.
Sergius Antiſtes, hominum famulante labore,
Iſtud divina mente peregit opus.

VI. Incerti.

Solis iter ſectum duodena parte figurans,
Hoc opus elingui ter dat ab ore ſonum;
Cum vacuum validis irrumpit flatibus aër,
Et cava compreſſae tibia mugit aquae.
Munus Athenaeus populo dedit utile: nubes
Ut jubar invideant, ſol tamen inde patet.

EXPLICIT LIBER QUARTUS.

14 DAY USE
RETURN TO DESK FROM WHICH BORROWED
LOAN DEPT.
This book is due on the last date stamped below, or on the date to which renewed. Renewals only:
Tel. No. 642-3405
Renewals may be made 4 days prior to date due.
Renewed books are subject to immediate recall.

SANTA BARBARA
INTERLIBRARY LOAN
THREE WEEKS AFTER RECEIPT
NON-RENEWABLE
3-26-73
0344
FEB 26 1973
JUL 22 2002

LD21A-40m-8,'72
(Q1173810)476-A-32

General Library
University of California
Berkeley